

OPVSCVLVM

ARISTOTELIS DE SENSIBVS

ATQVE DE HIS QVAE

CADVNT IN SENSVM, VEL DE

SENSVM INSTRVMENTIS.

ALEXANDRIQVE APHRODISIEI

Commentarium non antea è Græco in Lati/  
num Conuersum.

LVCILLVS PHILALTHAEVS VERTEBAT.

MICHAELIS EPHESII SCHOLIA IN ARISTOTELIS

*Libros aliquot, nempe:*

*De Iuuentute, senectute, vita et morte.*

*De Longitudine ac breuitate vitæ.*

*De Diuinatione per somnum.*



*Cautum Priuilegijs, Summi Pontificis, ac Illustriffi. Senatus Veneti,  
nequis hunc Librum in aliquo suæ ditionis loco im=  
primat, aut alibi impressum uendere audeat.*

*Venetys apud Hieronymum Scotum. I 5 4 4.*

OPUSCULUM

ARISTOTELIS DE SENSIBUS

A TOVE DE HIS OVAE

CADUNT IN SENSUM, VEL DE

SENSUM IN SENSIBUS.

ALEXANDRI VE APHORIS

COMMENTARIUM NON SINE & SENSU IN SENSU

DEI COMMENTARIUM

LOCUS VS. SENSUALITATE VS. VERITAS


MICHAELIS EPHESI SCOMIA IN ARISTOTELIS

DEI COMMENTARIUM

DE IACULIS, JACULIS, VITIS ET SENSU

DE IACULIS ET SENSU VITIS

DE IACULIS ET SENSU




Commentarius Michaelis Ephefi in Aristotelis

de Sensibus et de his Ovae Cadunt in Sensum

et de Sensu in Sensibus.

Venerabilis Patris Michaelis Ephefi



IACOBOPHILIPPO SACCO  
EXCELLENTISSIMO SENATVS

MEDIOLANENSIS PRAESIDI,

Lucillus Philalthaus S. P. D.



**D**OSTEAQVAM præclara illa sapiëntiæ studia, quæ homi-  
ne nobili, et excellēti digna essent, apud Chaldæos florere cœperūt,  
ad vnum numē omnino antea incognitum eius generis homines breui  
peruenisse receptum est, quos cum Aegyptij primum, Græci deinde  
opibus, armis, imperio superassent sese ad ea ipsa studia contuler-  
runt. Nam multi eo tempore mortales quāq̃ rerum diuinarum ma-  
gnitudine perterriti essent, duce tamen philosophia cum ea quidem  
parte, quæ bene beatēq̃ viuendi præcepta traderet, tum vero altera  
in perquirendis naturæ initis, ac rerum causis posita, et constituta ausi sunt in cœlum vsq̃; pene-  
trare, isticq̃; penē omnia studiose conquirere, vbi tandem vniuersi parentem, ac rerum omnium  
architectum inuenerunt. Quo in loco, ac beatorum domicilio cum multa præterea, et admirabi-  
lia ingenij, rationisq̃; acie quasi oculis collustrassent cæteris hominibus aut forte opinionis, aut  
gloriæ apud mortales comparādæ studio vebementer incensi hæc ipsa interpretari, vel monimen-  
tis literarum consignare ingressi sunt, vnde omnis humanarum, diuinarūq̃; rerum cognitio ma-  
nauit ad posteros, et nos tantum sumus ipsi beneficium, vel munus Deorum consecuti. Verum id  
sane ipsum non prius nobis dii immortales dederunt, quam ea in humano corpore instrumenta fe-  
cissent, et in animo posuissent, et collocassent ingenium, quibus cœlum, et reliqua ornamēta na-  
turæ non alteri, quàm homini aspectabilia egregie suspiceremus, et studiosissime admiraremur.  
Caput porro humanum rotundauerunt, in quo duos globos humanos, idest oculos formarunt,  
qui in erecto capite constituti hoc vniuersum præclarum quidem opus, et sanē quam valde ad-  
mirabile contuerentur, spectarent, perciperent. Reliquos quoq̃; sensus vel ministros ingenij,  
vel satellites humanæ mentis suis affixerunt locis, atq̃; adeo mirabiliter facultatibus quibusdam,  
et tegumentis quasi nonnullis propugnaculis, ne læderentur ab aduersis munierunt, et ornarunt.  
Et cum omnia, quæ ad aliquem finem referri solent eius gratia instituantur, et perficiantur: in  
homine nihil cum idem ipse non minus ad rerum diuinarum, et reliquarum admirabilium per-  
ceptionem conditus, et constitutus sit, inueniri potest, quod non referatur ad animum, et men-  
tem nobis datam diuinitus, quibus dii essemus, aut ad Deum quam proxime accederemus. Quam  
obrem si quis a nobis requireret post mentem, animumq̃; nostrum quid nobis esset vel charius,  
vel iucūdius, opinor quemq̃; dicturum nihil integris, incorruptisq̃; sensibus. Quidnam his vel me-  
lius ad vsum vitæ tuendum, vel vtilius ad res recipiendas, et veri cognitionem, vel acceptius ad  
voluptatem persfruendam? Sed hæc fortasse homo diceret, cuius testimonium in laudandis sensi-  
bus optimum videtur, at deorum tamen multis partibus melius longe, quos si quis nostrum roget  
quæ post ingenium, et mentem in humano genere collocarint, opportuniora certe respondebunt  
ea, quorum fabrica in corpore tanta est, quantam nemo hominum vel exprimere, vel coniectura

assequi potest: Cum porro eum Timæi locum sumo mihi legendum (quod ipse facio quidem sæpe) videor sentire Platonem tanquam quendam deum vel deorum interpretem de sensibus eleganter, et sapienter mortales affatum, in quo aspectum præcipue nostrum, et auditum contra maxime Epicurum, Democritum, Empedoclem, qui nullum certum sensibus tribuunt iudicium, magnis laudibus extollit, quod cum faciat breuiter, plane tamen atque dilucide, nos erimus hoc loco paulo longiores. Ordiamur itaque ab oculis, quibus nihil natura melius, nihil Deus præstantius hominibus; optabilius in facie nostra ad spectanda innumerabilia pene mundi spectacula, et ornamenta nata, suscepta, instituta posuerunt. Nam cum ipsa natura vel princeps ille creator vniuersi Deus mundo maiori alterum quam simillimum, et minorem condere, efficereque vellet humanum genus è corpore, et animo constitutum sui animum eius similem, corpus vero mundo simillimum fecit. Quamquam enim illud proceræ longæque Staturæ ædedit, nihil tamen barbes homine aptius, quod iunctis extremis capite inquam, et pedibus facilius celeriusque conglobetur, et formam speciemque globosam et rotundam præ se ferat, in quo (ne longius serpat oratio) duo lumina fixit quæ tuendæ humanæ uitæ ad supremum vsque diem præsidia semper, et interdum subsidia præstarent, quemadmodum Sol Lunaque ubique terrarum, ubique gentium, ubique mundi cuncta stans, certisque vicissitudinibus conseruant. Figurati itaque humanæ gentis oculi, quemadmodum duo iam memorata sidera atque astra cum essent: Plato oculorum aciei ita fere duplex lumen alterum ingenitum, alterum vero foras serpens manansque latissime dedit, quemadmodum Iamblicus homo in ipsa Platoniorum academia dudum spectatus, et cognitus Phæbo alterum inditum, alterum in terras missum, vnum æternum præterea, alterum vero vndique fusum nocte tenebrisque defuturum mortalibus tribuit. Sed quoniam fulgor, qui celeriter ab aspectu prodit, ex illo insito aciei pupillæque nascitur, erat iccirco naturæ magna in fabricandis architectandisque oculis solertia magnumque studium adhibendum. Itaque cum oculos magna quidem, et incredibili opera machinata sit natura, lumenque vellet proprium aciei ab aduersis tueri ne offenderetur, et extingueretur, ita domicilium eius, instrumentum, vim propugnaculis muniuit et condidit, ut lumen huiusmodi non quemadmodum reliquarum stellarum, et astrorum lux, ea diffusa solis obscuratur vel delitescit, vel quemadmodum faces à uentis restinguntur quo tempore cunque eluceret, aciesque cerneret nisi immensæ tenebræ loca obscurarint quæ incolimus, prouisum porro est, ut acies tenuissimis membranis atque pellucidis vestita septaque esset, ne cernere impediretur, nec facile larga solis luce disfluere. Et ne multa differamus hoc loco, quæ copiose valdeque subtiliter de oculis Cicero in commentariis de natura Deorum retulit, hoc vnum prouida solersque natura in fabricando tam magno mirabilique sensu videndi præuderat, ut tanta arte tantaque commissura oculus constitutus esset, ut ei nihil deesset quo suo fungi munere potuisset, et magnopere diligere-tur ab his, qui non modo uitæ præsidia expetunt, sed qui ad studia bene viuendi, et ad contemplationem rerum et cognitionem editi atque instituti sunt. Ego enim quantumcumque sum vlla sine dubitatione censeo vniuersum, tum vel maxime cælum à Deo factum fuisse aspectabile frustra, nisi procreati fuissent qui hæc suspicerent, cognoscerent. Et cum solus homo celsus rectusque rerum cælestium spectator esse plane videatur: luminum beneficio hæc spectacula, hæc ornamenta, hæc domicilia deorum contemplatur, spectat, intuetur: vnde semina scientiarum antiquitas legit. Vnde nam primus ardor ille cognoscendi res diuinas profectus est? Vnde rerum diuinarum cura, quæ religionem vocant? Vnde tempora, lustra, cursus siderum, ratus constantissimusque annorum, mensium ordo in mentem hominum venit? Vnde rerum pene omnium inuentio orta est, et innumerabilium artium disciplina dimanauit ad posteros? Nimirum tantum est oculorum beneficium, ut præter id, quod est animatum propè omnium commune, nihil magis sit homini proprium, quam

quadam

quadam cernere omnia ratione, et ea intueri, quæ illum ex hoc pulcherrimo spectaculo ad intelligenda diuina traducerent. Vetus enim sententia est, et hæc Peripateticorum consensu confirmata tantum valuisse aspectum in percipiendis rerum causis, ut semen cuiusque cognitionis fuisse videatur: unde omnem disciplinam atque scientiam θεωρίαν appellarunt, id est cernendarum rerum diuinarum considerationem et contemplationem. Quis ergo cecitatem non improbat, et aspectum non laudat? quem amissum non desideret, quem susceptum incolumem non optet? Non habet Cicero tot loca quæ in Tusculanarum Questionum libro in defendenda cecitate, nec tot patronos: quot mihi occurrunt in aspectu tuendo et laudando grauissimi et nobiles. Loca enim è quibus aliquot depromit argumenta, sunt oratoria, verissimilia, leuia, rethore fortasse digna, sed non homine qui multos annos in Platone et in philosophia sit versatus. Nos enim à Platone quem ille philosophorum Homerum, Deum, patrem, fontem sæpenumero appellat, cum pluribus in locis tum in Timæo maxime accepimus philosophiæ aditum vel fundamēta iecisse præbuisseque aspectum, quo nihil melius vel maius à dijs traditum est hominibus. Hunc secutus est Aristoteles vir ingenio diuino et singulari, primo libro diuinæ scientiæ tradit nihil ab homine magis diligendum, mirificeque amandum, quæ oculorum munus. Et quamquam Ciceroni romanæ linguæ pene patri voluptas ea præcipue, quæ in sensibus habitaret, quæque efficitur dum sensus hiant, et illud bonum esse Epicuro Philoxenoque ducibus existimatur, quod cibo, potione, oculorum, aurium, tactus, narium delectatione, et obscena voluptate capitur vituperanda esset, at sensus tamen qui non ad voluptatem Epicuream, sed primum ad obsequium animi, deinde ad parendum menti nati, et in corpore collocati videntur, accusandi detrahendique minime sunt. Quid enim animo pulchrius humano conditum est: et si tamen errat, non illi cuiuscumque generis error inuritur, sed voluntati hominum deprauatæ. Non ergo in sensibus vitium inest vllum voluptatis, sed humanæ libidinis, voluntatis, arbitrii nostri omne crimen esse dixerim. Cicero proinde uideat quo loco Antipatri Cyrenaici, Appij, Gn. Aufidij, Diodori, Stoici, Democriti, Homeri, Tyresia cecitatem admodum laudat, cum meliore loco, et veriorē censeat neminem esse, qui aliqua detracta corporis parte non doleat, quanto magis huic dolendum qui lumina vel amiserit, vel nunquam habuerit. Nec oratori forte vitium est, si ubique sibi non constat, Philosopho tamen, quem ipse vnum se profitebatur non in exercitum, nec in eruditum vitio quidem non exiguo, hoc ipsum daretur, si aliquo loco quem admodum in Academicis contra veterem Academiam contraque eos, qui omnem veri cognitionem, et scientiam tollebant, certum, constans, firmum integris sensibus tanquam incorruptis testibus iudicium tribueret, et aliis sensibus sublatis vel detractis non doleret, quod quidem ille facit plerumque, et pluribus planè in locis. Quis est præterea tam plumbeus in physicis, qui nesciat sapientem quicquid animo cernit, à sensibus haurire, cum magno uinculo animus, et sensus contineantur, et ut tanquam mentis, et intelligentiæ nuncij existant? An incognitum est homines, quibus hebetiores obtusioresque sensus dati sunt, rudiores esse, atque ineptos tum maxime ad eas disciplinas, quas animo concipimus, quanto itaque magis qui orbatii essent sensibus? Et quo sit à nobis de oculis peroratum, quoniam alium locum aliudque tempus hæc oratio desiderat: cur cæcam fortunam, cur cæcum amorem, cur Plutum Aristophanes oculis captum reliquitque; fere poete fingunt, idque tum maxime faciunt cum incusare, vituperare, damnare hæc volunt? Quanto itaque melior mortuo viuus, tanto vel paulo minus aspectus cecitati anteponeendus est. De auditu præter Philosophorum concilium illud satis esse indicio potest, quæ sit utilis humanæ vitæ, et ad res gerendas, et intelligendas idoneus, quod ferunt Apollinem quatuor auribus figuratum fuisse. Accedit illud, ut nemo surdaster, nemoque ab ortu priuatus auditu unquam visus sit, qui elinguis et mutus non fuerit. Aurium quoque fabrica, magnumque artificium itidem de auditu, quemadmodum paulo supra

de aspectu sentiendum esse monet, de qua nunc dicere præmittam. Multa enim tractantur libro secundo de natura deorum eleganter et docte, sed eo tamen loco intractata sunt ea, quæ ab Aristotele hoc præsertim libro disci possunt. Et ne ceteros sensus gustatum, tactumque præsertim, sine quibus nulla consistere vita potest laudem, tantum his veteres tribuerunt dignitatis, ut quem admodum sensibus videretur, ita esse tanquam ratum et firmum existimarint, in qua opinione Protagoras perstitit, et reliqui secuti sunt eum penè innumerabiles qui assentiri Protagoræ modo sensus bene valerent, et incorrupti, integrique essent, nullo inquam modo ueriti sunt. Extiteræ præterea naturalium plurimi, qui non modo animalia sine sensibus viuere non posse, sed ne deos quidem illis carere sunt arbitrati. Crotoniates Alcmeo numini propterea diuinitatem tribuit, quod sensibus fruebatur: Xenophanes grauius reprehensus fuerat, quod mentem infinitam sensu orbam tam credidit: Parmenides, quod rotundum Deum introduxit sensibus carentem, habitus est indolentior: de quibus nec a Platone pluribus in locis, nec a Zenone, nec ab Epicuro tantopere elaboratum fuisse, nec diligentissime ab Aristotele libro præsertim secundo de anima, et hoc separatim opusculo, tanta nec subtiliter multa tractarentur, nisi laudabiles essent. Hoc autem (ut scias tandem Excellentiss. Præses quo mea referatur oratio) nuper (ut opinor) a me latinis literis illustratum, dico sanè Alexandri commentarium, et si vna Aristotelem latinum feci antea citra delectum verborum a multis in latinum conuersum mecum ipse statui, ut in tuo illustri nomine appareret. Cùm enim in his commentarijs de sensibus agatur subtiliter, de his quæ sensum feriunt acute, de facultate sensuum perite, de instrumentis eorum grauius et copiose, quibus tu quidem a puero optime usus fuisti, et nunc multo melius senex factus, putavi mihi faciendum sic, ut tibi uni propterea inscriberetur opusculum, quod aptior persona tua uidebatur, quod magis idonea, quod excellenti uiro excellens opus deberetur his refertum rebus, de quibus quo tempore cunq; et in omni penè actione optime meritis semper fuisti. Nam posteaquam in nobili ciuitate et honestissimo loco, et ampla non modo Mediolani, sed Ticini, Bononiæ, familia Saccorum natus certa maioribus tuis ingenij signa dedisti, te primum a pueritia ad ea studia, quibus ætas illa facile informari solet ipse contulisti, deinde ab ineunte adolescentia maiora suscepisti studia iuris cum pontificij, tum maxime ciuilibus sic, ut quia summo studio, summis Doctores quod disci potest de utroque iure didicisti: Dux quondam Franciscus Sfortia excellentiss. et de patria, et suo regno optime meritis, cæteri que tum viri nobiles et graues dederunt facile tibi ingenij acumen singulare, et ubi tua etiam opera, tuaque industria pene diuina idem Dux clauum Imperij sui retinuit tibi, gubernacula Reipub. et huius sanctissimi Senatus tradidit, et reliquit. quæ tu tibi etsi ea forte mente, ut solent sapientes omnia mortalia propter incertos uariosque rerum casus ad certum usque tempus tractanda cœpisti, at fecisti tamen tu tua incredibili iustitia, summa diligentia, singulari prudentia, diuina propè uigilantia ad hodiernum usque diem hereditaria, et in posterum nihilominus spero eundem altissimum gradum in Senatu fore tuum, in quo (inuidorum pace) administrando tractandoque præsidis munere æqualem hodie babes neminem, quemadmodum multis retro seculis nullum Senatus delegit, et creauit te doctrina præstantiorem, gloria clariorem, authoritate grauiorem, humanitate politiore, quippe qui nullam unquam rem defendisti, quam non probaueris, nullam oppugnasti, quam non euerteris, nullam uniuerso frequenti que Senatui persuasisti, quam non deliberatam cuncto Senatu obtinueris. Quibus proinde uirtutibus tuis diuinis primum impulsus, quædam nunc mihi primum oblata occasione de te prædicanda prudentiæ, et æquitatis uestigia meis uerbis adumbrare duxi, quoniam qui ipsas meras uirtutes tuas, ingenium, partes, industriam, doctrinam exprimere uolunt, magnam habeant artem scribendi, et assidue uno opere eandem incudem diem noctemque tundant necesse est. Deinde accessit paucis ante diebus Francisci Petronigri a secretis

Senatus viri optimi, et tui tuarūq; partium, ac laudis non solum studiosissimi, verū etiam appetentissimi amica sane quam valde exhortatio, quem cum propter suos amabiles mores, et bonarum, politiorumq; literarum increāibile studium ex omnibus diligam plurimum, rogavi, cui videretur sibi has meas vigilias, hunc qualem meum cūq; laborem inscribi posse diceret: e quo tandem audiui tibi vni multis maximisq; de causis immortales honores, monumentaq; deberi. Tum huic ipse. Vtinam me illum hominē agnouissem, qui tanti viri possem virtutes dignas memoria, dignas posteris perpetuis consignare monumentis. Verum quia me amice hortaris, et per quam ipse uehementer optas, vt in familiaritatem eius intrem, tibi morem geram, atq; obsequar, qui me mirifice amasti, et pro tua humanitate fecisti plurimi semper. Hæc autem vbi cum homine amicissimo contuli ardentiore studio, ad id quod hortabatur animum applicavi meum, tantoq; libentius feci quanto apertius noui iam tuum nomē usq; in oras Insubrū penetrasse, et quo cæteras gentes mariteraq; tum eas præcipue, quæ philosophiæ studium semper coluerunt, omnino peragrassè videatur, hoc opusculum tibi inscripsi Aristotelis, et Alexandri cōmentarium, quos Græcia dudū, et Italia, Hispania, Germania, imo vniuersus orbis terrarum nouit, et probauit. Etenim sunt plurimi, qui leuia componunt texuntq; puerilia rerum cōmentaria, et eorū sunt penè similes qui antequā cibū digerant aluū deiciunt, quasi foras libros scriptaq; dari nō sit et ponderis, et momenti maximi. Hi autē præter multos errores audaciā ne dicam temeritatē cuiq; strēnuo viro, et excellenti scripta sua nuncupantes ostendunt singularē. Etenim multos medijsfidius noui scriptores, qui multa conscripserunt innumerabilibus penè authoribus tractata, quibus si quidpiam addidissent, à me non possent reprehendi merito, sed cum viderim illa ipsa trita, peruulgata, vbiq; propè gentium sermone celebrata ab illis longe scripta deterius, non possum non uehementer in eos inuehi. At vero tanti erroris pœnas luunt, quod ubi primum in manibus literatorum hominum veniunt, iridentur authores, negliguntur scripta, reseruantur vni p̄sertim alui deiciendæ obsequio. Neq; hoc silebo cum multi non indocti homines ad me sua in his artibus scripta perferrent, de quibus potuissem iudicium facere, aliquibus sane suasi, ne vellent à Pythagora discedere, et si docti solū iudicarentur vel essent, qui sua p̄cipitant opera, ualeat Pythagoras, Socrates, quos nihil scripsisse ferunt. Quamobrem sic statuo vel nihil hominibus scribendum esse hoc præcipue tempore quo penè oīa illustrata, tractata, disputata sunt, uel meliora edant, quā fieri multis nimirū modis potest, sed alio fortasse loco id explicabo copiosius. Redeo vnde fluxit oratio. Opusculum hoc ab Aristotele elucubratum græce, cōmentariumq; Alexandri à me latine factum tibi, quem longa vita vsusq; rerum maxime ornauit, et illustrauit inscribenda esse duxi, vt præter alias, quas enume-raui causas à me nuper institutum interpretandi genus degustes. Etenim cum aliquot ante annos in vertendis græcis Aristotelis interpretibus multa è manibus meis vel exciderint, vel elapsa fuerint nullo tum adhibito scribendi delectu, nulloq; suscepto verborum artificio, cæpi hortatu quam sanè grauisimo Ioannis Baptistæ Speciani, cuius consilium, et fides domi militiæq; magnopere probatur, aliquanto politioribus uerbis meam temperare orationem, quæ græca præsertim illustratura esset. Nam etsi paulo limatius (vt est facile, inq; promptu videre græcos Aristotelis interpretes in latinum conuerti, quàm vsus, vel schola Philosophorum patiebatur, tamē id citra delectum feci, atq; nimirum ita, vt nulla à me sit longa inchoata oratio, vel perobscura, in qua verbum non legatur Barbarum aut cum Latino sæpe coniunctum, aut omnino solitarium, quod tum mihi faciendum duabus de causis censui, altera quidem, vt qui ex impolitis tenebricosisq; philosophi interpretibus ad hos græcos, qui magnum lumen Aristoteli attulerunt, sese traducerent, paulatim gradatim e perpolitis, et melioribus literis assuescerent, ne cum hi ex diuturnis tenebris in amplum lumen erūperent, continuo luce obruerentur, veluti qui aliquanto

solem intuiti vix, vel ægre cætera cernūt, altera vero, ne p̄difficiles sensus quodā uerborū Lenocinio, certisq; oratiōis pigmētis, siue fuco puerili obscurarētur, minusq; explicarētur ornatioribus lectissimisq; verbis, quàm rudioribus, et barbaris, receptis tamen schola, et impolitorum Philosophorum usu. At vero nunc mutauī sententiam hortante sæpe (vt dixi) Ioanne Baptista Spretiano, quo cum tibi primum quædam affinitas intercedit, deinde studiorum, et partium magna coniunctio, et nunc primum hoc in libro fateor à me diligēter animaduersum, obseruatumq; magno opere, ne verbum quidem vsurparetur, quod à Cicerone non exhaustum depromptumq; fuisse uideatur. Proinde laboraui cura studioq; magno, vt quibus ipse cūq; singulis verbis græcis latina quæq; singulare redde nequirē, circuitu uerborū interdū meoq; scribendi arbitrato quod uterq; uellet et Aristot. et Alexan. exprimerem. Parum enim referre putauī modo sententias utriusq; explicassem, à me uerba sumi, quæ latinitatem, et leporem aliquem redolerent. Sed orationis numeros, quibus usus est Cicero diuinitus singulis locis inserere non potui, quod qui conantur asserere qui à nescio qua leuitate permoti me quidē hercule nesciunt, quid inter res scriptionesq; forenses, et philosophicas intersit, de quibus fortasse libro separatim uerius, et luculentius disseram. Sed cur statuerim mihi potissimum Ciceronem deligendum esse, qui suis uerbis græcum hoc sanè bellum, perq; utile opusculum illustrare et æa nimirum causa est, vt ostenderem qua uia græca posset latinis literis cum magno uerborum delectu explicari, ac dici fortasse elegantius, quàm barbari opinantur, vel etiam, vt eam philosophiæ maiestatem, et gloriam, iam prope senescētem quātum ego possem à barbaria, et omnino ab impolito sermone vindicarem. Simul enim ac primum in Italia publice Aristotelis scientia doceri cœpit, in ipsa impolitorū hominum genus incidit, nuper uero deuenit in medium rerum omnium discrimen, quo tempore humana, et diuina perturbantur, et permiscentur adeo, vt nullus huic iam reliquarum artium duci locus relinquitur. Quare cum illa latinitatis gloria florere potuit, his maxime hominibus caruit, qui in philosophia quæcūq; cadere possent, uerbis latinis, quàm barbaris interpretari maluissent. Nunc uero is obiecta est fluctibus, cōmunibusq; tēporum casibus agitata, quibus religio nostra et magnis bellorū ardoribus et deprauatis improborū opinionibus uel indies etiam, atq; etiā laceratur, et puertitur.

Verum quia diuinitas eius tanta est, ut quæ admodū innumerabilibus ante seculis semper floruit, ita in posterū semper in mētibus hominum duratura sit, huic illud ab omnibus deberi censeo, vt etiam nunc in his intestinis, et grauissimis bellis magnopere excolatur, et obseruetur: pro sua quisq; partem ferat. quod tu pro tua hoc tempore præsertim facias uelim, quo pene renasci politiores literæ uidentur. Bene et diu uale.






OPVSCVLVM ARISTOTELIS DE  
SENSIBVS ATQVE DE HIS QV AE  
CADVNT IN SENSVM: VEL DE

SENSVVM INSTRUMENTIS, ET ALEXANDRI

*Commentarium non antea è Græco in Latinum conuersum,*

LVCILLVS PHILALTHÆVS VERTEBAT.



**H**AEC Libro de anima cum Aristoteles narrasset qua nobis cūque de anima cōmuniter, in uniuersum, & pprie quot quæq; essent eius facultates, & in quo earum uersaretur natura, explicatum est diligenter. Quo etiam loco quid esset sentiēdi facultas, & in quot sensus distribueretur accurate quidem, & breuiter patefecit. Cūq; omnes separatim sensus percurrisset, & non modo quæ illorū esset potestas percipiendi, uerū etiam quæ actio, & in quo potissimum cōsisteret explicasset, atq; de unoquoq; quod esset à sensu cōprehensibile, quātum uidelicet sibi ad exprimēdas sensuum actiones cōmodo usuiq; fore intelligebat, finem dicēdi fecisset, hoc nimirum opusculo cū quid sit cuiusq; sensus instrumētum, tum illud etiā ex quo sentiēdi actio proficiscatur, quoniam perfici sine huiusmodi instrumento nequit, diligenter docebit. Nam haud secus animæ sensitricis, atq; reliquarum, aut saltem plurimarum semper functionumq; exerceri sine corpore non potest. Cuiq; præterea sensui proprium cōprehensibile affert, & quid sit unumquodq; suapte natura cōprehensibile propterea exprimit, quod proprium à cōmuni distinguitur, de quibus differuit tāq; de his quæ cadunt in sensum. Ac quale sit operi propositum, Libri titulus indicat. Cum enim de sensuum instrumētis, ac de his quæ in sensum cadūt disputare uellet, opusculum iscripsit de sensu, & his quæ in sensum cadunt, in quo sanè opusculo sensuum instrumenta ea quidem de causa explicari uoluit, quod accurata de his disputatio percipiēdis sensibus est magno certe adiuuētō. Corpori enim eque, ac animo sensus datus est. Vel for-

tasse de sensibus opus iam elucubratū inscribendum duxit, ut pro sensibus quemadmodū solent interpretes appellare instrumenta sensuum intelligeremus. Instituens porro Librum hunc qui illi iam absoluto de anima finitimus est, primū refert sibi de animantibus uiramq; degētibus, atq; de actionibus cōmunibus, & cuiq; animalū generi propriis dicendū esse. Ac quæ sint cōmunes propriæq; animatum, quorum anima certa quædam origo est, actiōes probe declarabit & statuet, idq; non imerito quoniam nemo de actionibus animæ grauitate disputare poterit, nisi de functionibus animalium, & eorum quæ uiuunt sermonem fecerit. cuius rei hanc causam rationemq; affert, quod actiōes eorum & cōmunes, & propriæ penè omnes cum animæ, tum etiam corpori congruunt. in qua sententia cum insistat, aiām quendam intrinsecum actum corporis naturalis esse, quod uaria instrumenta habeat cōprobat. Ac ex eo uel maxime persuadet animatum actiones & corpori, & animæ cōmunes esse, quod nulla ferè est quæ non per sensum, aut cum sensu perficiat. Cum ergo functiones sensus, atq; eum ipsum cōmunem corpori, & animæ esse tāquām firmū ac ratum asserat, eum proinde sermonem referre & mandare huic Libro instituit, quem de sensuum instrumētis fecit. Et cum antea copiose de anima disputando eodem in loco sensum, & eius operationesq; tā corpori, quàm animæ tribuisset; uisum est ei nihil de his, quæ in sensum cadūt subtiliter à se tractari posse, nisi de sensibus primū diceret. Hic enim cuiq; animati cum maxime cōsistat, tum etiā oīum actionū aīg euidētissimus.

*Alij sensitricia, alij sensoria nos instrumēta sensus.*

*Arist. p de aiā Plotinus. priā aeneade.*



**V**M ipsi superiore libro de anima separatim, deq; singulis eius facultatibus, quæ præsertim in partibus illius inessent, finem tractādi fecisse

Alex. Aphro. de sen.

**A**

## DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

*semus, pxime restat, ut de animalis cuiusq;, ac vi-  
tam degentis actionibus, quæ utpote communes,  
quæ e illis propriae sint, sermonē instituamus.*

Cō. I.



**Q**VAMOBREM hoc opuscu-  
lum elucubravit post illam susce-  
ptam de anima tractationem, prin-  
cipio eam causam pferit, quā pau-  
lo ante per quā breuiter perstrin-  
xi. Nā hęc de animantibus, & his omnibus quæ  
uita fruuntur, ac de actionibus & cuiq; aialium  
generi & cōmunibus, & propriis sumpta disputa-  
tio illi de anima confinis uicināq; existit. Hęc sanē  
actiones nulli uiuentium sine corpore datę sunt.  
Sed ne in his uerbis hęcneas, separatim de anima:  
hęc inquam pro his dixit. De uniuersa anima p-  
prie, cōmuniter, & in uniuersum, atq; separatim  
de quacunq; partium eius facultate copiose no-  
bis disputatum est. Libro enim de anima, de qua  
tractauit multa subtiliter, primum eam ipsam de  
finiuit quantum prima, sed imperfecta definitio,  
quantumq; secunda, sed longe perfectior dicen-  
dis declarandisq; rebus aptior uideretur, & accō-  
modatior. Deinde cæteras quasq; singulas facul-  
tates altricem uidelicet, sensitricem, uisum phan-  
tasiamue, ac reliquas attigit. Vel dixerim hęc uer-  
ba separatim de anima ab eo dicta fuisse, ut indi-  
cet in illis cōmentariis nihil de corpore accurate  
& perfecte dicere uoluisse, quo cum tamen ani-  
mę summa necessitudo atq; coniunctio interce-  
dit, quod fortasse in causa est, ut nunc de sensuū  
instrumentis disserat. Hoc opusculum de anima/  
libus ubi post absolutum sermonē de anima no-  
bis legendū in manu sumpserimus, hoc illico no-  
bis faciēdum cum statuatur, unā causam affert cur  
de his etiam quæ uita fruuntur, debeamus disse-  
rere. Nam minime uerum est quod tu cūq; dixe-  
ris animam habere, id eē animal, quoniam (ut in  
cōmentariis de anima retulit sensu animal noscīf  
& definitur. Sed cum anima cui tributa est alēdi  
potestas prius corpus formet, quā sentiēdi ani-  
ma, & id sanē ipsum corpus tum animatū uitāq;  
frui dicatur, at mehercule tamen nemo illud ani-  
mal, nisi plantam animal dici uellet, fateretur. Af-  
firmat præterea animalium partes uitam habere.  
Sed in quibus hęc uerferetur sæpe numero de ani-  
malibus uitamq; degentibus à nobis uocata tra-  
ctatio, uel his maxime uerbis illustrauit. Quę ut  
pote cōmunes quæue illis ppriæ sint, quasi hoc  
opusculum eō referat, ut de actionibus & cōmu-  
nibus & cuiq; animantum generi propriis editū  
sit, quoniam ei propositum nunc est minime ea-  
rum partitionem diuisionemq; facere. Cæterum  
usus est nomine actionis pro functione. Nā actio  
est rationalis quædam functio, cuius oīno exper-

tia ea sunt aialia, quæ carent ratione.

Quę itaq; ipsi de anima disputamus, rata sint, Tex. 2.  
et in reliquis tradendis ordiamur à primis. Quę  
porro maxima, et cōmunia et proria cuiq; animā  
ti uidetur, hęc ipsa cuiusq; tam corpori, quā ani-  
mo tribuuntur, quo in genere collocatur sensus, me-  
moria, ira, libido, prsusq; appetitio. Præterea uol-  
uptas, dolor. Etenī hęc in oibus ferē animalibus  
insunt. Ac partim cōmunia oibus sunt, quæ hac lu-  
ce fruuntur, partim uero quibusdā. Hęc tamē ui-  
dentur uel cuiq; maxime cōes uigilia, somnus, iu-  
uētus, senectus, aspiratio, respiratio, uita, mors:  
e quibus qdripartita numero collectio sumit, de q-  
bus quæq; sit, et qbus nascatur causis dicturi su-  
mus. Physici quoq; interest initia morbi ualeitudi-  
nisq; cognoscere, cum neq; morbo laborare, neq;  
bene ualere ea possint, quæ uita priuantur. Quo-  
circa scientiæ de natura plurimi dediti solent ru-  
dimentis medicinæ suā terminare disciplinam, et  
medici tum ij uel maxime, qui philosophiæ vesti-  
gijs ad suam artem aggrediuntur, à præceptis phi-  
losophiæ uitimis medicinā auspicatur. Sed ne lon-  
gius uagetur oratio, pspiciū est omnes, quas attigi-  
mus actiones, et corpori et animæ cōmunes esse.  
Singulæ enim cum sensu aguntur, quædā uero sen-  
sus ope exercentur, quarū item aliæ sunt certi qui-  
dam animæ affectus, aliæ autē habitus, aliæ quoq;  
tanquam quædā custodiæ et incolumitates, aliæ  
deniq; interitus, et priuationes. Postremo corpo-  
ris causa animā sensu frui siue rationē desideres,  
siue negligas, perspicuum est.

Posteaquam statuit post sermonem quem de Cōm. 1.  
anima fecit, sibi continuo dicēdum esse de anima  
libus, & his quæ uitam degunt (Horum sanē cu-  
iusq; uis formaq; est anima) & uniuersam susce-  
ptam disputationem in duas partes secuit, quarū  
una actiones communes animalium contineret,  
altera uero proprias complecteretur, à commu-  
nibus, quę uel in omnibus, uel in plurimis insunt,  
sumet exordium, deinde proprias cuiq; animatū  
generi persequitur, quædam tamen prius propte-  
rea de animalibus narrat, quod ad percipiendas  
cuiusq; animalis, & eius partium actiones eiul-  
modi narratio plurimum ualet. Cōmunes enim  
animatum functiones quodam sanē modo ora-  
tionem de anima cōtinentem faciunt uel ad eam  
pertinent: Quæ iccirco sunt communes explica-  
bit, interea quæcunq; superiore libro de anima  
tradita

tradita atq; tractata sunt diligenter hoc loco quaedam quasi rerum explicandarum fundamenta rata ac firma primum iecit, & more hominum fundamenta rata ea dici solent, quæ cum sunt principia sine ulla demonstratione tenentur, quæq; decreta effataq; dicuntur. Consueuerunt item ea fundamenta rata appellare, quæ etsi commōstrari queant, at hæc ipsa tamen petunt dari sibi, & concedi donec probauerint ea, quod quidem faciunt ut facilius reliqua declarent & demonstrent. Principio itaq; contendit, ut dentur sibi quæ in superioribus commentariis de anima copiose tractauit quædam tanquam fundamenta earum rerum, quas expositurus est nunc primum accurate & diligenter. Dudum enim ea demonstrauit, quæ nunc silentio præteribit. Eum autem uelle de his, quæ post disputationem de anima exprimenda sunt hoc loco differere, uel ex his uerbis certiores fieri possumus, quoniã de functionibus animalium quæ sint, & cur exerceantur se facturum recipit. Quocirca eorum deprehenditur error, qui existimauerunt Aristoteli fuisse propositum, ut cum de animalibus esset dicturus quædam præfari hoc loco uellet. At mens eius est multa nunc tractare de sensuum instrumentis deq; his rebus, quæ à sensibus percipi possunt. Hæc autem ubi primum disputauerit, de uita deinde & morte, deq; somno & uigilia, ac de diuinationibus, quæ è somniis ducuntur, postremo de animalibus multa magnopere tractabit, qui sanè libri omnes cum hoc uno quodam societatis uinculo continentur. Cæterum actiones partim omnibus animalibus, partim his quæ uitam degunt communes esse his uerbis significat. Quæ itaq; ipsi de anima disputauimus rata sint, & in reliquis tradendis ordiamur à primis, & quæ sint prima illico patefacit. Quæ porrò maxima, & communia, & propria cuiq; animanti uidentur, cuiusq; tam corpori, quàm animæ tribuuntur. Horum uerborum sententiam assequi si desideras hæc est. Actiones animalium maximæ, & in utroq; genere communes, & propriæ æque animæ, ac corpori, & nō animæ seorsum communes existunt unde fuisse illi opportunum perq; necessarium de his dicere indicat, & non solum de his, uerum etiam de partibus in quibus actiones animantium collocantur, & per quas exercentur. Libro item de anima plurimas actiones uitæ atq; animi, sine corpore perfici non posse asseruit. Sed quæ sint maxime, quæ cōmunes animæ & corpori, continuo aperit. Quo in genere collocantur sensus, memoria, ira, libido, prorsusq; appetitio. Præterea uoluptas, dolor. Hæc opera functionesq; in singulis penè animalibus apertissime insunt, quæ cum in corpore insideant, in animo etiam uersantur. Harum quoq;

per multas libro superiore attigit, quasdam uero in cæteris memoratis commentariis diligenter suscipiet explicandas. Sensum itaq; libidinem, uoluptatem, dolorem cuiq; animalium uendices uelim. Iram autem & memoriam quàm sanè plurimis adscribit, assignato: qui sanè affectus è sensu pendent. Memoria enim de qua multa docebit à sensu ortum trahit, Appetitio, uoluptas, dolor item sensum (quemadmodum liber de anima declarat) merito efflagitant. Præterea sunt horum quidam affectus cunctis uiuentibus communes, sed alii omnibus animalibus, alii uero plurimis herent atq; accidunt, de quibus ut proposuit, perspicue diuinitus disputabit. Hi (ut prædicti) cum corpori tum animæ cōmunes existimantur quibus de cūq; separatis uoluminibus dicturus est, At uero qui sint diligenter tractandi his uerbis insinuat. Hæc tamen uidentur uel cuiq; maxime communes uigilia somnus, iuuentus senectus, aspiratio respiratio, uita mors, è quibus quadripartita numero collectio nascitur quorum numerum ubi collegit, nunc primo conatur de sensuum instrumentis, & his quæ à sensibus percipi queunt opus ædere fortasse difficile sed ad percipiendam animalium naturam quàm sanè utilissimum: de reliquis deinde enumeratis affectibus sermonem dilucidum diuinitus faciet, & ratione affert quamobrem antedictas actiones sensuum explicare conabitur. Etenim hæc in omnibus ferè animalibus insunt. Non enim hæc solum, sed etiã illæ communes cuiq; animantium uidentur, quas post hoc de sensibus opusculū explicabit. Addit physici interesse prima morbi ualitudinisq; fundamenta cognoscere, id est è quibus initiis oritur uel in quibus primum uersetur uel ualeat, uel in ualeat, quia in quadam primarū facultatum utpote siccitatis, humoris, caloris, frigoris mediocritate uersatur, quarum etiam rerum disputatio germana perq; familiaris est narrationi uel historiae de animalibus, quod his uerbis ostendit. Cum neq; morbo laborare, neq; bene ualere ea possint, quæ uita priuantur. Veruntamen ne hoc te fugiat: Extant sanè ii libri in eorū numero repositi qui naturales inscribuntur ab Aristotele de illis supra memoratis affectuū, id est uigiliæ, somni, iuuentutis, senectutis, aspiratiōis, respirationis, uitæ, & interitus coniugationibus descripti. Sed qui de ualitudine & morbo dicuntur si editi fuerant, ueterum fortasse indiligentia atq; incuria obsoleuerūt. Vigilia, & somnus cuiq; animalium generi congruunt, nisi quoddam genus pisciū obicias, quod ne sit somni expers in eo libro, quem de historia animalium Aristoteles cōposuit, diligenter quærit. Iuuentus, & senectus non solum animalibus, uerū etiam cuiq; uiuenti

Alex. Aphro. de sen. A ii

DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

& animanti, siquidem plantæ adolefcere atq; fenescere dici soleant cōmunes existūt: Vita, mors, aspiratio, respiratio quā plurimis tum his uel maxime, qui pulmones habent animalibus tribuuntur. Reliquum initia morbi, & sanitatis conquerere, ac tradere phisici munus esse affirmat. Plurimi iccirco Philosophi, qui. s. omne studium, & diligentiam in perquirendis naturæ causis, & rationibus posuerunt de repellendis morbis, & recuperanda ualitudine multa studiose, & acutissime tractarunt, quinetiam ubi primum initia morborum, & tuendæ uitæ necessaria subtiliter & absolute tradiderunt finem rebus naturæ explicandis imposuerunt, & medicorum primi qui in ea quidem arte excellere putabantur, ab his in quibus postremo Phi elaborarunt, quasi à rebus naturalibus rudimēta medicig tradere cōperūt. Ac simul his uerbis nos admonet, ut qualia sint utriusq; & naturalis scientiæ, & medicinæ confinia, primum non ignoremus, deinde medicinam sub philosophia sub quodam quasi tutore, & patrono positam & constitutā arbitremur, quippe cū hæc illi sua principia suaq; fundamenta, quæ admodum geometriæ ars de perspiciendis uideat; (ut aiunt) lineis, uel arithmeticæ disciplina de temperandis concentibus, uel astrologiæ gubernandarū nauium sciētia, receptum referre debeat. Sed ut eo reuocet unde huc declinauit oratio, quas recensuimus actiones cum animæ tum corpori cōmunes his uerbis facit. Quæ porro maxima, & cōmunia, & propria cuiq; animanti uidentur, hæc ipsa cuiusq; tam corpori, quàm animæ tribuuntur. Sed quæ sint hæc cōmunia, continuo hunc in modū indicat. Quo in genere collocantur sensus, memoria, ira, libido, uoluptas, dolor. Annectit præterea quasdā alias actiones, quas cum fateatur omnibus uita fruētibus uniuersas cōmunes esse, & quasdā harum animalibus solum congruere asserit, quo non contentus coniugatiōes quinque harum actionū colligit, quas maximas & euidentissimas oīum cēset, quasq; se tractaturum recipit, quoniam cum maxime cōmunes sint, natura quoq; primæ iudicatur. Has itaq; uel ex eo præcipue tam corpori quàm animæ accomodari uult, quod earum nulla est, quæ sine sensu perfici queat, qd luculenter his uerbis ostēdit. Singulæ enim cum sensu aguntur, qdam uero sensus ope exercētur. Nam uigilia cum sensu fit, siquidem cibo cōcocto sensus exciteat, quæ somnus complexus erat, & ab ocio ad actiones gerendas & ad negocia sese transfert, quo sanè mō uigilia fit. Itidem cum sensu uoluptas & dolor ualitudo & morbus animalibus accidunt. Iuuentus uero, & senectus per sensum in animalibus insunt, quoniam utraq; contingit mutato, uarietq; sensu qui

dem affecto. Somnus enim quedam est sensus affectio: cum somnus nō aliter fiat atq; cum sensus bene sopiti officio uacant suo. Cum enim cibi uapor caput petit, cogitur à cerebro redire ad locū unde ascendebat, & sensus humore uaporis grauatus penèq; oppressus, ne suis muneribus fungatur, quam sanè ualde impedit & iacet. Et hæc nimirum causa est, cur animalia conquiescant, & arctissime somno plerūq; teneantur. Sensus est qdam certus habitus, quoniam propterea animalia hac luce fruuntur, quod sensum possidēt. Custodiæ quædā, & salutaria uitæ subsidia sunt memoria, ac recordatio. Interitus autem, & priuatio existimantur obliuio, & mors. Quapropter nulla est actionum, quas supra memorauimus cōiugatio, quæ non sensu uel nō sine sensu habeatur & conficiatur, idq; ex his quæ paulo supra explicauimus liquet. Iuuentus senectusq; stirpibus, & plantis cōmuniter, sed non proprie adscribuntur, at uita morsq; non solum animalibus, uerū etiam omnibus animantibus sensu quidem orbatis accidunt, quæ singulæ à nobis sæpissime repetitæ actiones sensu continentur, hunc postulant, hunc desiderant, hunc principem suum agnoscūt, quæ sine corpore consistere non posse æque ratione, ac sine ratione compertum esse inquit. Est inquam luce clarius sensum corporatis instrumentis uti oportere, si suis debeat fungi muneribus, qd fortasse facilius hac ratione persuaderi poterit, quia sentiendi actionem existimamus quādam esse earum rerum apprehensionem, quæ sensus feriant adhibitis sanè corporeis instrumentis.

*Sed de sensu, eiusq; actione multa in cōmentarijs de anima texuimus, quo etiā loco causam perscripsimus cur sentiant animalia. Et enim necesse est, ut quodcūq; animal qua ratioe animal est, sensu perfruatur. Nam eo ipso ab inanimis rebus animalia secernimus et interno scimus, veruntamen quicūq; sensus non singulis accommodatur animalibus, sed gustatus et tactus in omnibus insunt, necesse est. Tactus inquam ea de causa cunctis tribuitur, quæ libro de anima allata est. Gustatus uero affigitur cuiq; animali, ut ali queat. Nam huic sensui datum est ciborum et suauitatem, et acerbilitatem discernere sic, ut à pestiferis refugiamus, salutare uero persequamur. Et quo summatim dicā, sapor est eius partis affectio quæ vim gustandi obtinet. Reliqui uero sensus quæ appulsus ictusue per quædam foris interualla excipiunt uelut odoratus, auditus, aspectus cum gradientibus animalibus, qui utpote sensibus potiuntur tuendæ incolumitatis*

De somno  
somnia  
libelli  
Aristo.

Text.

tis causa dati sunt, ut scilicet praesentiendo pastus capefferent salutare, pestiferos autem, et nocentes vitarent, tum etiam his praecipue uiuentibus ad ornamentum et boni gratia tribuuntur, quibus innata est prudentia. Nam multam rerum uarietatem, magnumque discrimen nos uelut internuntij docent, e qua uarietate et rerum intelligendarum, et gerendarum scientiam uidemur adepti. Sed horum sensuum ad usus uitae necessarios, suapte natura optimus est aspectus, sed ad perdiscendas disciplinas, et aduenticio modo auditus primas tenet. Aspectum autem multas uariasque rerum omnino differentias nobis indicare uel ex eo potissimum probaret, quod singula corpora colorata sunt. Quin etiam uis cernendi communia comprehendit obiecta.

abe anima. Communia dico figuram, molem, motum, stationem, numerum. Auditus autem solum strepitus sonitusue distinctos percipit, perque paucis uocum uarietatem iudicandi facultatem confert, etsi non parum illis animantibus adiumento esse solet, quae ad rerum studia et cognitionem sunt procreata, quod quidem facit auditus non suapte natura, sed orationis ope quae comparandae disciplinae causa est, cui etiam accidit ut aures feriat. Oratio enim ex nominibus constat, et quoduis nomen rerum nota est. Quamobrem caeci ad discendum aptiores sunt, quam qui ab ortu utroque priuati sunt sensu, uelut qui surdi et muti nascuntur.

de interpre-  
tatione. Co. 3. Cum supra opera animalium communia atque affectus per sensum exerceri, et perfici probauisset, cumque sensum quandam actionem corpori, et animae communem esse tradidisset, ut sua bene texatur oratio prius de sensu dicturus est, quam ea persequatur quae ab animalibus uel cum sensu, uel per sensum aguntur. Nam a communibus tanquam a capite arcessere oportet, quae sane explicari prius caeterarum rerum cognitio desiderat. Sed quae de sensu dicenda sunt partim libro de anima uberrime tractata, partim explicanda diligenter inquit. Etenim eo quidem libro de anima sensitrice, de sentiendi facultate, de actione solum ubi scilicet nulla est habita accurata metio, de instrumentis per quae omnis sensus actio absoluitur, copiose disputatum est, nunc uero ea, quae dixi instrumenta sensuum tractat. Cum enim et corpori, et animae sensus communiter tribuatur mentio disputatioque de antedictis instrumentis coniuncta una est cum illa, quae de sensu partim habita partimque accuratius habenda est.

Adhibenda quoque huic est cognitio studiumque earum praecipue rerum quae a sensu percipi queunt, quoniam ab his omnis sensus actio perficitur. Quae uniuersa etsi libro memorato illustrata fuerunt, at nunc tamen fusius longeque diligentius tractabuntur. Verum dum breuiter, atque dilucide repetit quae de sensibus disputauit, demonstrat se libro ante sepe dicto decreuisse cuique animali sensum tribui oportere, quo a rebus quae sensu carent, et inanimae dicuntur, plane animalia separaretur. Eodem loco praeterea probauit ea quae attrectare aliqua potuissent non esse simplicia, sed composita, quin etiam in quadam talem attingendi contrectandiue facultatem uersari rerum mediocritate, e quibus sane constat: sin uero nihil tangere, neque quicquam sentiret, neque cauere his possent, a quibus propter uim magnam laedendi comprimere, et extinguerentur. Sensum quendam affectum uocauit propterea quod sentiendi actio perficitur sensu prius affecto. Nos praeterea admonitos uoluit, ne arbitremur cuique animali omnem sensum datum esse. Sunt enim duo, quibus omne animal fruatur necesse est, et tactus et gustatus. Tertio enim libro de anima cum finem dicendi facere uoluisset, nullum animal tactu orbatum uiuere posse censuit. Cum enim tactus corrumpitur, ea quoque elementorum admixtio mediocris et temperata frangitur, in qua uita tanquam in suo praesidio consistit. Gustatus item cum sit tactui germanus et iudicandis sumendisque esculentis et poculentis necessarius, ad usum uitae peropportunus est, siquidem nullum animal uiuere sine pastu et esca potest. Est enim sapor eius partis affectio, quae sane pars in nobis posita gustatus appellatur. Nam hic sensus habitat ea in parte qua ipse saporum primum percipere queat, deinde nos ali ualeamus, qui etiam ab eodem sapore mutatur, et afficitur. Hic enim est, qui nobis dulcia iudicandi per instrumentum quod lingua est, facultatem affert. Hoc nimirum mirabile gustandi instrumentum a sapore mutatur primum, sentit deinde et gustat, quae ubi Aristoteles aperit, et decreuit gustatui munus iudicandi dulce atque amarum, quibus uescimur cum attulit, quoniam sapor est eius partis affectio per quam percipimus, et sentimus eorum quibus fruimur genera. Quapropter nobis est sapienter dictum gustatus officium esse cum afficitur inter noscere dulce ab acerbis. Nam pars, in qua sita est gustandi facultas in nobis collocata cum a re quae gustari potest, afficitur: cibum dulcem, atque amarum diiudicat, atque discernit, quo alimur. Scriptum quoque horum uerborum loco. Eius partis affectio quae uim gustandi obtinet hoc fuisse. Eius partis affectio in qua situm est alere opinor, quae si scripturam hoc modo lectitaueris: huc eius sensum esse intelliges. Sapor

est eius uirtutis facultatisq; affectio, cuius ope aluntur animalia, quæ etiam facultas à sapore afficitur. Sed me quidem Hercule absurdum esse dixerim uim altricem à saporibus pmutari, atq; afficitur: quod idipsum nihil aliud est, quàm saporem sentire. at iter altricem, & sensitricem facultatem non parum interest. quocirca censeo rectius legenda esse uerba, ut scripta inuenimus, in quibus nihil est, quod ad uim altricem pertineat, etsi Aspasius eo referat saporem, ut affectio facultatis altricis dicatur. Nos uero, ut censuimus scriptumq; rectius fuisse duximus, ita legendum uolumus, quoniam est sapor quædam gustatus affectio. Præterea circūfertur alia in hunc modū scriptura. Et oīno sapor est facultatis gustadi, quæ alrix est affectio quædam. in qua descriptione, quasi genus collocat hoc facultatis gustandi, uelut uero differentia, quod sequitur, quæ alrix est. At hæc descriptio nihilominus à uero abest, quoniã sapor dici non potest facultatis gustadi, quæ alrix est affectio, quæ alrix non est sensus sed gustadi potetia est sensus. Hæc itaq; scriptura cōplectitur ea duo quæ superiores separatim cōtinebāt. Tactum itaq; & gustatum concludamus sensus esse, qui cunctis animantibus sint cōmunes, reliqui uero tres qui sua munera per quædam media obeunt atq; exercent, non cuiq; animali (ut tertio quoq; libro de anima scriptum est) cōmunes existunt, at hi tamen (ut eodem loco cōclusum est) ad eorum incolumitatem, & custodiam animalium cōferunt, in quibus collocantur. Ea primum animalia quæ uaria mutant incoluntq; loca, ne gradiendo aut mutando loca, offendat aliquod noxium uitæq; inimicū, uideant oportet. Deinde odorent, ut pastum præsentiant necesse est. Quinetiã strepitus comprehensio ad uitam tuendam magnum præstat adiumentum. Sunt enim non pauci animalium rumores strepitusue, qui necem uel pnicem inferunt. Hos ubi pñserint animalia, cauent ne in hostilia inimicaq; incurrat, imo aiantia belluæq; solent mutuas insidias audito strepitu, quem accedendo, uel recedendo, uel etiã si disteterint gduat plerūq; cauere, ferè aut semp aiaduertere. Sonitu item comparandi cibi copiam uiamq; habent, & cognoscunt. Multa porrò animalia quæ utpote carnibus uescuntur, strepitu, sonitu, uoce discernunt atq; obseruant ea, quæ nimirum inuadere arripereq; possint, & hac sanè solertia machinatione ue mutuas parant insidias seseq; obseruat. Et ne hoc longius faciam sensus omnes cui dati sunt animali, ad eius sanè custodiam, & salutem uidentur tributi, quorum nonnulli ad discendas disciplinas suscipiendaq; optimarū rerum studia his præsertim usui magno sunt, quibus innata est facultas discendi atq; insitus amor. Quapropter hi non so-

lum peropportuni ad uitam custodiendam, & conseruandam dicentur, ueruetiam ad bene beateq; uiuendum necessarii, quod quidem ostendit his uerbis. Nam multā rerum uarietatem magnūq; discrimen nos uelut internuncii docet, è qua uarietate, & rerum intelligendarū, & gerendarū scientiam uidemur adepti: quæ potissimū de aspectu, & auditu (quemadmodum paulo infra monabit) dici uidentur. Constat enim rei cuiusq; gerendæ diligenterq; spectandæ fundamenta atq; initia, & rerum penè omnium differentias ab horum sensuū perceptione ducenda sumendaq; eē. Nam rerum aspectabilium uarietas simul ac primum ab aspectu percepta est, metem animumq; nostrum eo rapit, ut lumen, & tenebras, idest diē noctemq; comprehendat: unde mūdi harumq; rerum architectum & opificem studium cognoscendi ad mortales manauit. Plato proinde cū de mūdo grauiter disputasset deq; uicissitudine rerū sermonē fecisset, hoc unū tradit, hoies pñcipio cū ea suspiceret q̄ diē noctemq; efficeret, numeradi disciplinā inuenerunt, numerorumq; naturā contemplati sunt, cūq; lunæ luminum uarietate aspicerent eadem recipere lucem à sole, minimeq; lumen esse illi proprium cognouerunt. Videtes itē astrorum, motuū, magnitudinum interualla & uarietatem, ex his cum hæc utpote cōmunia aspectui atque aliis sensibus obiecta cernerent (Nam omnium corporū magnitudines, motus, numerus, figuræ ab aspectu percipiuntur) cūq; singula corpora aspicerent qd̄ colorata sunt: etenim cōmunia obiecta à sensibus per propria, & cum propriis percipiuntur: idcirco auditus unā cum sonitu magnitudinem, ac numerum, & motum exaudit: cum item cetera aspectabilia, motusq; siderū raturum & cōstantissimum ordinem, ac cuiusq; rei magnitudinem, & excellentiam admirarentur, & suspiceret: harum sanè rerum cōtemplatione ad inuestigandum numen, & primam causam sese contulerūt, quæ esset tanti ordinis reuolutionisq; tāq; moderator & architectus. Præterea ad actiones humanas quodā modo nos instruunt, actiones enim à singulis hominibus aguntur qui sanè sentiuntur & uidentur, & cum ex actionibus experientia nascatur, plurimum sanè prudentiæ uidetur adepti, tum præcipue, cum diu multūq; in eisdem negociis uersati sumus. Cum enim rerum quæ sentiuntur uarios casus, pluresq; euentus obseruauimus, successusq; aduersos & pspetros animaduertimus sæpe, tum quandam de his opinionem atq; disciplinam uidemur consecuti. Quapropter ex ipso facto sæpe rerū periculo qd̄ primum fugiendum, cauendum, uitandū sit, qd̄ contra prosequendum, eligendum, suscipiendū cognoscimus, deinde à nocentibus refugiendum, &

utilia prosequenda ducimus, è quibus rerum futurarum cōsiliū capimus. Aspectus p̄terea pulchri honestiq; & turpis cognitionem nobis magnam affert. Cū enim turpia cernimus, hæc odio habemus, contra ubi honesta, pulchra, ornata q̄dam contuemur, meliora iudicamus, hæc q; laudamus sæpenumero, probamus autem interdū. Restat ostendere auditū cum ad humanas actiones, tum etiam ad rerum disciplinam se non minus præstare adiutorem, siquidem exaudiendo rerum scientias cōparamus. Quòd si conferas aspectum cum auditu cupiens intelligere uter nobis utilior sit, cum uterq; ad rerum gerendarū & p̄cipiendarum disciplinam conferat, satis tibi factū esse per ea uerba scias uelim, quibus aspectū ostēdit esse indicem earum rerum, quæ ad uitam cuiusq; animalis tuendam sunt necessaria. Etenim oculi nos monent, ut seruemus salutaria, recusemus & uitemus noxia & aduersa. at auditus tamen maiore tibi erit adiūmēto, si erudiri bene q; educari optas, idq; non suapte natura facit, quoniam rerum historiam atq; disciplinas non audiendo primum percipimus, sed primū sonitū audimus, quī cum oratio profertur magistri, deinde quid uelit & docet exaudimus. Cum ergo hic sensus primum perq; se, uel suapte natura sonitū audiat, orationem uero non per se percipiat, sed quia cum uoce strepituq; coniūcta est, iccirco ad uentitio modo auditus ad perdiscendas disciplinas cōfert. Aspectus ergo ad opportuna uite suapte natura maius nobis cōmodum affert, quā auditus, sed ad rerum cognitionem utilior est auditus, non tamen suapte natura. Hoc ita esse ut explicauimus, his uerbis mōstrat. Nam multā rerū differentiam magnūq; discrimē etc. quod quidē faciunt oculi, propterea qd̄ corpora omnia quæ ab illis cernuntur colorata sunt uidēturq; p̄pter colores, sed non sunt colores per se. Ii ergo cum uidentur, in causa sunt, ut salutaria capessere studeamus, uitemus autem & fugiamus nocētia colorum permultæ sunt differentia. Cū itaq; aspectus sentiat corpora propter colores, erit quoq; obiectorum cōmunium particeps, quæ enim sentimus, in corpore inhærent. Nam magnitudo, figura, motus, numerus in corporibus primo, proprieq; reponuntur, & insunt, quæ cum numerari possint, & cōphendantur, numerus quoq; p̄cipitur. Quæ numerantur, sentiri queūt, & cum colore p̄dita sint sub aspectu cadunt. Sed cur immoror, hic sensus coloris cōphensione magnitudinem, motum, figurā, numerum cōphēdit. Et quo reuocef oratio, unde manauit: Aspectus est index plurimarum differētiarum, qua de cā usui magno est cuiq; animati, ut utilia frugiferaq; persequat, & à nocentibus, & pestiferis refugiat. Au-

ditus uero cum rerum exiguam uarietatem explicet atq; indicet, quoniā sonitus differentias forlūm patefacit permultis sanè audientibus, erit q̄dem usui, sed nō magno. Qd̄ si aliquibus p̄dest, tum uero his maxime, qui utuntur ratione, posunt q; differentias sonitus internoscere. Potissimū itaq; is sensus utilis est hominibus, quod uocis signa cōphendunt. Cum enim oratio disciplinæ causa sit, & exaudiri soleat. Nam est certus quidam sonitus, uel cum sonitu coniūcta, quo fit ut auditus orationem nō suapte facultate capiat, p̄pterea quod aures non excipiunt ictū orationis, sed sonitus quī cum iūcta est oratio, accidit auditui & disciplinæ & contēplationis sit causa, sed quonā modo auditu disciplinas consequamur explicat, p̄pterea quod oratio quæ audis, è nominibus constat quæ sunt notæ & signa rerū, quoniam sunt uoces significantes animi notiōes & affectus. Sed ne mireris Aristotelem orationē è nominibus coagmentari dixisse, etiā uerba p̄ter nomina ipsi adhibemus, quando quidem ex his componatur oratio. Quod uero nō suapte natura auditus orationem capiat, uel ex eo liquet, qd̄ audimus eos etiam, qui non easdem lras p̄ferūt, neq; easdem formant uoces, at eorum tamen orationem non percipimus. Non enim audiendo p̄cipimus & itelligimus, sed auditus ope uidemur consequi quod p̄fertur. Sed fortasse texenda est hoc modo Aristotelis oratio, cum sit oratio disciplinæ causa, aduentitio sanè modo, sed nō per se auditur, quoniam oratio suapte natura auribus non percipitur, sed q̄a coniūcta est uoci. Postremo ad rerum scientiam usui magis esse auditum quàm aspectum hoc signo demōstrat, quoniam qui ab ortu utroq; sensu orbatī aspectu uidelicet & auditu sunt, cæci nimirū aptiores idoneiq; magis uidentur ad intelligēdum, quàm surdi, quasi uideantur surdi causam amisisse qua discere potuissent. Hoc loco surdos uocat qui omnino auditus facultate priuantur, quoniam sunt qui interdum nō audiūt, facultatem attamē retinēt audiendi. Verūtāmē si qui surdi mutiq; extiterint, ii quoq; auditu careant oportet. illud quoq; admonere non p̄termittam ad inquisitionem rerū, & peruestigationē ueri aspectum utiliore auditu esse, sed ad perdiscenda p̄sertim illa, quæ iā inuenta sunt, cōtra auditus longe oculis præstantior utiliorq; est.

*Sed cum supra de cuiusq; sensus facultate nobis disputatum sit, nunc potissimum peruestigabimus in quibus suapte natura illa sita positaq; sit corporis sentiendi instrumentis. quod cum certi homines quærerent cuiq; elemento suam ascripserūt facultatem, sed ubi maiorē copiam sensuum, quam*

Diuinitus dicitur.

Tex. 4.

sint elementa, inuenerunt cum illos quinque; et elementa quatuor solum cognoscerent, de quinto sensu magnopere nutant. Omnes porro igni aspectum cum nesciant cuiusdam affectus causam asserere tribuunt. Si enim oculus perstringatur moueaturque; ignis emicat, quod potissimum circumfusus tenebris fieri solet, aut si palpebrae quae supra, texerint infimas claudentes pupillas, quod etiam fit in tenebris, At uero hic affectus aliam dubitationem affert, quoniam si res quae cernitur non latet eum qui sentit et uidet, seipsum oculus cernat percipiatue oportet. Sed cur oculus dum quiescit seipsum non cernit? Quocirca hinc petenda est causa cum illius affectus tum dubitationis, et cur ignis quidam elucere uideatur. Perpolita enim tum maxime nocte emicant, quae tamen nihil luminis emittunt. Oculorum autem ea praesertim pars, quae in medio sita est, et nigrum oculi uocari solet, lenis est, et perpolita, Diluitur quoque dubitatio quoniam agitato oculo fulgor apparet, propterea quod tanta est motus celeritas, ut quod est unum, duo fieri uideatur, et quod cernit esse ab eo quod cernitur differens. Quam obrem fulgor ab oculo non mititur, nisi quando celer tenebris circumfusus motus fuerit. Quoniam lenis est cum terras nox opacat, tum ei maxime quae admodum aliquorum piscium capitibus, et sepiae atramento natura inditum est, ut fulgeat, et quia si tarde motus oculi absoluitur quod est unum, non poterit unum, simulque duo uideri, cernens uidelicet et quae cernitur. Verum si celeriter oculus agitetur oculus seipsum cernere poterit quasi radij ab oculo emissi retropelli, reuicique in aspectum dicatur.

Com. 4.

De sensu illi dicendum esse, qui de communibus uitae animatumque; actionibus uerba facturus est, cum haec oratio illi de anima annexa sit, perspicuum est. Actio enim quae existit maxime omnibus communis animalibus sensus est. Praeterea supra demonstratum est singulas actiones communes uel per sensum, uel cum sensu perfici, qui sane, ut caeterae actiones cum corpori tum animae tribuitur, At uero nunc libro primum de anima de sensitricae facultate sibi disputatum fuisse nos meminisse uult, quocirca uidet causam asserere, cur eam disputationem repetere nolit. Denique refert sibi sumendam esse orationem de corpore illo praesertim, per quod sensus exercetur. Hoc autem uocant instrumentum sentiendi. Orditur porro ab his, qui cum de sensibus disputassent, quaeque ex suo corporato elemē

to consistere fatebatur. Et cum ii sensus quinque existere copuissent, nec potuissent numerum sensuum elementis quatuor, quandoquidem illi quinque sint adaptare assignareque; de quinto admodum laborauerunt ex quo uidelicet corpore consistere diceret. Quae sane uerba uel contra Platonem in Timaeo, uel contra Pythagoreos dici uidentur. Nam in Timaeo de odoratu deique; odorum genere dicitur illud mixtum esse, & constare quasi e duobus generibus. Cum enim aqua in aerem conuertitur, & reciprocatur, quando uidelicet aer iterum mutat in aquam odor ex eo efficitur, quod quidem medium est inter utrumque elementum. Quo certe modo odoratus quintus sensus dici poterit, de quo tota erat ueterum controversia. Etenim igni aspectum tradiderunt, aeri auditum, aquae gustatum, terrae tactum. Et quamquam de caeteris sensibus uaria esset opinio, uno tamen consensu ferme omnes ex igne aspectum concretum coagmentatumque; censuerunt: siue instrumenta sensuum ex elementis constitui uoluerint, siue aliter de sensibus senserint, & disputauerint, quam de instrumentis. Sed unde eorum fluxit opinio, narrat. Veteres enim cuiusdam affectus ignorantia, qui in aspectu inesse interdum solet, hunc ex igne constitutum affirmant. Affectum uero explicat dicentes. Si enim oculus perstringatur moueaturque; ignis emicat, cuius contrariam sententiam quasi oraculo expressam adiungit, quoniam non ignescit oculus, nec fulget propterea quod igne admixtus compositusque; sit. Nimirum fulgor ab oculis apparet exire uel si nox terram opacauerit, uel palpebrae supra collocatae infimas texerint. Hoc etiam modo tenebrae cludentibus palpebras efficiuntur. At uero dices unde haec aurea sententia nata est, ut credatur circumfusus tenebris aspectum micare? Locum depromit dicens. Perpolita enim tum maxime nocte emicant. Unde alia quoque nascatur dubitatio dicit. Si enim oculus perstringatur moueaturque; ignis emicat, ex quibus uerbis ostendit oriri dubitationem siue fulgor ab oculis prodire uideatur, siue non uideatur. Hanc uero dubitationem adducit ne in posterum in dubium uocaretur quod dubitat. Nam rogari potuerunt, cur compressis mutuo palpebris atque constricto oculo ignis promicet. Sed quam huic addat dubitationem si desideras, haec esse scito. Si nemo est qui sentiendo & uidendo se lateat ne uidere uideatur, & nihil uideat: Aspectus enim uidet quo tempore etiam ille est qui cernit. itaque seipsum uidet, seipsum cernit. Nihil enim eo tempore praeter se occurrit aspectui. Quod si quis dabit aspectum se ipsum percipere, seque; cernere, merito quis addubitabit, cur oculus non agitatus, neque constrictus seipsum non cernit. Adde quomodo se ipsum sentire poterit cum sensus ad aliud referatur, & alterius causa uidendi sit collo-

tus in



tus in corpore. Quæ ubi addubitavit, cum hoc dubium cur ignis exire ab oculo appareat, tum illud cur cōpressus atq; agitated, & minime si qui euerit, seipsum cernat, diluit. Proinde dicit. Quo circa hinc petēda est causa cū illius affectus, tum dubitationis, & cur ignis quidā elucere uideatur, & oīno cur oculus aspectusq; ex igne coagmentatus esse dicat. Quæ ubi exp̄ssit deinde soluit dubitationes hunc sanè ī modū. Perpolitā. n. tum maxime nocte suapte natura emicāt, quāquā lumē non emittant, neq; uicina illuminēt. quod etiā libro de aīa explicauit hoc ferè modo. Quæcūq; enī opacatis locis tenebrisq; circūfusis cernimus, per quæ tamē alia non est uidere, hæc nimirum ipsa emicant splendētq;, sed alia minime illustrāt, nec lumē longe producant. quo in genere ponit ea quidē oculi pars quæ ī medio iacet atra, quæq; pupilla uocari solet. Est illa inquā lenis polita uide adeo, ut splendere micareq; uideatur. Tenebricosa enim uidentur persæpe, quoniā lenia sunt. Annectit illud etiam, aut si palpebræ quæ supra texerint infimas claudentes pupillas. Tum enim tenebræ etiam existunt. Id quoq; fit, si oculus cōstringatur & agitetur, nec quiescat. Diluetur etiā illa dubitatio, quā ipsi adiecimus dicētes sensum ad aliud referri, inquā corpore collocatū alterius uidendi causa, si exposuerimus quonam modo oculus cum unus sit, duo uideatur esse. Aspectus porrò donec quiescit, & oclusus manet unus est, nihilq; uidet, sed ubi agitated & perstringit celeriter quamq; unus sit, duo tamen tum esse apparet, uidelicet ille qui cernit, & qui cernitur. Et enim cernitur dum agitated, cernit autem simul ac primum redierit natura, unde coepta est agitatio. Emicat fulgetq; agitated quo tēpore cernit, sed minime cernit propterea quod unus atq; idē est per quem aspiciamus, & non est id quod uidemus. Verum quādo celeriter deducitur, & ad eūdem reuertit locū à quo coepit agitari, ob celeritatem præcipue cernit, & cernitur percipiens fulgorem, quem misit agitated propter agitationis celeritatem, & cernit tum seipsum q̄si alterū, idq; propterea fit, quod nō eodem in loco manet, sed alius est locus ubi fulgor apparet oculo agitated, & alius est ad quem peruenit, quem fulgorē ut uideat intra palpebras oclusum aliam lucē non desiderat, sed ille idem cū sit in pellucido sui cernendi causa est. Quòd si nos roges cur semp non uideatur ille splendor cum semper palpebris cōtineatur, curq; oculus itidem se non percipiat cū sibi semper præsto sit, illud in promptu est dicere quod nō uidetur semper ab alio effici, sed quando agitated ob sæpe memoratam celeritatem motus duo ob fulgorem uidentur unum ip̄m pellucidum, alterum uero id quod est in ip̄o pelluci-

do. At quæso dices tu fortasse, responde, cur pars illa oculi quæ in medio sita est nō percipit uideaturq; nocte ab iis, qui intuentur cum fulgeat, ut cætera solent quæ emicant, & splendēt, quorum nōnulla uelut piscium aliquorū capita, & sepia atramentum Aristoteles meminit, & nos oculos addimus leonum, lepusculorū aliorumq; aīaliū. Quinetiam lampyridæ cicidæue fulgere uideatur. Quocirca dicendum esse arbitror ne pupilla ab aliis aspicientibus cernatur illud esse in causa, quoniam pupilla tegitur quibusdam membranis primis atq; uestita septaq; ē ita, ut ab aliis cerni nequeat. Oculi uero aliorum animalium non ita aciem pupillamq; integumētis quibusdā munitam habēt. Neq; oculi orū leonum æque fulgēt. Qua de re itaq; hæctenus. Sed fortē alicui uidebitur admodum captū difficile illud, eundem oculum ob celeritatem agitationis duo fieri, illū qui cernit, & eū qui cernitur, quasi alter atq; alter oculus fiat. Si n. dum agitated oculus, & trāsfertur pupilla, fulgor aliquanto temporis spatio permaneret, & quædam alia pupillæ pars pellucida esset quādo acies pupillæ esset in alio loco; tum fortē uerisimile foret, ut oculus cerneret simul ac primum ad suum reuertisset naturalē locum, ubi perciperet fulgorem adhuc pmanētem qui fiebat eo ī loco unde pupilla trāfferri coepit. sed hoc fieri nequit, quoniā cætera alia quæ fulgent ubi primum arcētur remouenturq;, fulgor deficit, quod etiam fit nō solum in his quæ p̄micant, uerū etiam in omnibus quæ cernuntur, quod nullus color in pellucido ip̄imitur sic, ut dū mouet aspectum cernētis perspicuum afficiat, quin etiam nec lux initio recipitur à pellucido ut affectum sit. Nam illico lux deficit perspicui remoto illustrāte corpore. Quòd si hoc in oibus cōpertū est, quo igitur pacto pupilla simul ac redierit ad locum suum unde egressa est, idq; celeriter fulgorem percipiet, qui in ea inest, & cū illa simul trāsfertur? Quēadmodū enim illa in eodem loco simul esse atq; nō esse nō pōt, etsi celeriter agitated, ita fulgor qui in ea inest, & ab ea p̄ficiscit, non poterit uideri quasi in alio collocatus sit loco. Huic dubitationi hoc mō censeo occurrendum eē. Cū cietur oculus, non est existimādum tum aspectū duo quædam uelut perfectā integrāq; fieri, neq; ut idem solitariū dicat esse id quod cernit, & quod cernitur simul, sed potius quādo ita moueretur, ut nō totus prorsus à se distrahi remoueriq; neque omnino manere suo in loco naturali uideat, imo si ita educeret agitatedurq;, ut quod in suo relinquitur loco adhuc uideri possit, quoniā occurrat pupillæ in directum ad palpebras quæ agitantur & perstringuntur eo in loco ubi primū fulgor percipitur, quod fit quādo pars una pupillæ

Pygolan pes  
græce.

Alex. Aphr. de sen.

B

dimota è suo loco quasi alia effici uidetur. Tū. n. uidet partem suam tanquā alium locum obsidē- rem præter naturā, q̄ cū esset ea q̄ cerneret, postea cernit è suo mota loco. Quāobrem aspectus nō fit, ita duo, ut p̄fecte alter sit q̄ cernat, & alter qui cernatur. Potest item illud dici pupillam uniuersam totum suū situm naturalē mutare, sed cum reuertitur ad eūdem locum prior pars, cum pupilla non sit indiuidua per quā cernimus, fulgorem succedētis partis potest percipere. Cæterum crediderunt hæc reciprocari ignem micare, & qđ micat ignem esse. in quo maxie uno errant, quoniam per plura emicant, & splendent quæ ueluti paulo ante memorata ignis nō sunt. Verba ultia hæc, Quasi radii ab oculo emissi retropelli reiciq; in aspectū dicantur retulit, perinde ac dixisse uoluit: Perinde sese oculus cernit dum cōstringitur, cietur, ac fieri solet in speculis, & in omnibus his, quæ se cernunt dum retropellūtur idola uel imagines, uel radii. Etenim in his q̄ est unus uelut duo efficiūt, alter qui apparet i speculo, & alter à quo proficiscit̄ apparitio illa atq; emphasis, qui sanè est cernens, & uidens. Demum oculi aciem, & si nō p̄sus in eodē persistit loco, cernere posse aliquid Strabonū testimonio cōprobamus.

Tex. 5.

At uero si quēadmodū cecinit Empedocles, & in Timæo testatum reliquit Plato aspectus ignis esset, cernendiq; sensus ita fieret, ut ab oculo tanquam è laterna lumē exiret, quamobrē aspectus in tenebris se ipsum non percipit? Sed omnino leuis est illa Timæi defensio cum lumē exiens tenebris extingui asserat. Quenā illa esset luminis extinctio? Calor enim, & siccitas in humido, & frigido quēadmodū carbonum ignis & flamma restingui solet, quorum neutrum lumini exeunti obesse uidetur. Quod si obest & quia paulatim restinguitur, iccirco nos latet illud extingui, saltem die dum aqua cernitur lumē exiens ab oculo extingui oporteret, quādoquidē flamma igneaq; corpora cōtrariis extinguantur sed ad hodiernū usq; diem hoc accidere à nemine obseruatum est. Quo ad Empedoclem attinet, ex his uersiculis, quos cecinit, existimasse uidetur tum cernere animalia quando lumē quoddam egreditur (quēadmodū supra memoratū est) ab oculo. Hæc itaq; cecinit.

Ac ueluti prudens kyberna nocte viator  
Lychnum flagrantis fulgorē preparat ignis,  
Arceat ut ventos ex omni parte frementes,  
Laternam accendit qua retropellitur Euri  
Spiritus efflantis tum quanto limite fertur

Exiliens lumen radiis loca senta relucet  
Indomitis, adeo vis magna emanat ab ignis  
Sic ille antiquus cælesti è fomite nobis  
Ingenitus qui membranis includitur ignis  
Pupillam uelis subtilibus vndiq; testam  
Continet, & miris cōmunit viribus orbem:  
Queis circūlabentis aquæ circūdata sedes  
Cōcaua & alta fuit, sed lōge acerrimus extra  
Dissiliens ignis pernicibus emicat alis.

Hoc itaq; interdū modo cernendi sensum fieri duxit Empedocles, interdū uero quosdā defluxus inuexit, qui ubi à rebus quæ cernuntur manarint, animalia uident. Democritus autē quod aspectum aquæ tribuit in hoc ipso bene sentit, sed in eo peccat, quod cernendi functionem quandā rerum imaginem credidit. Nam ut quædā in acie oculi cernētis aliqua impressa sit imago, uel ex eo maxime accidit, quod oculus lenis est, deinde actio cernendi in eo qui aspicit collocatur, & minime in ea supra memorata imagine, siquidē hæc affectio quædam sit reflexio. Sed tum cum hæc dicebat Democritus, imagines & reflexionem (ut uidetur) prorsus ignorabat. Præterea absurdum est quod illi hæc dubitatio in mentem non uenit, cur ea, in quibus præ se sunt rerum imagines nihil cernunt, sed solum oculus aspicit.

Cum sit causa eius affectus patefacta qui oculo agitato fit, unde ueteres moti aspectum igneū esse existimauerūt, nunc istuc ipsum refellit, & cū Empedocle, & Platone pugnat qui cum aspectū ex igne coagmentatū tum etiā cernēdi sensum perfici tradiderunt, quando ab oculo prodit lumē p̄ inde ac è quadā laterna exiret. Quod si aspectus ita, ut dictum est cernit, quid circūfusus tenebris non intuet̄, quandoquidē luce diffusa cernit? Eodem in tenebris emicās pupilla lumē quod emit tit sibi afferret. Quæ ubi dixit, cām exprimit quā Plato afferebat, cur oculus in tenebris nō cernit, & hanc leuē futilemū esse ostendit. Cum (ingt) porrò lumē quod ab aspectu egredit̄, si tum dies illuxit dum progredit̄ lumini externo occurrit. quo cum admiscetur & seruatur, & q̄a idem lumen ei qđ p̄micat ab aspectu cognatū est, idcirco die cernimus, sed quando nox terras opacauerit, & fusæ ubiq; tenebræ fuerint, tum lumē idem ab oculo prodiens extinguet̄, propterea quod offendit tenebras cum quibus nulla sibi intercedit cōiunctio. Sed quæ in Timæo à Platone elaborata sunt, cōmemoremus. Eo sic ingt in loco. Ex igne qui

Com. 5.

qui non urit, sed suam lucē diffundens diem efficit, corpus quoddā illi simile cōdidit. Nam externum lumē huic oculorū intimo germanū & purissimum per oculos fluere dii uoluerūt. Hic præterea lenis & cōgestus quamq̄ totus sit huiusmodi, tamē illum in medio positum oculorū concretum fecerunt, ut alter eorum cum crassior esset, uniuersum coerceret, & in angustum reduceret. Cum ergo solis lux illustrato die cum ea, quæ per oculos fluit sibi cognata admisceat, unū ex utraq̄ luce conficitur luminis corpus aciei accommodatissimum, idq̄ tum maxime quando externa lux exeūti obuiam uenerit. Hoc itaq̄ uniuersum cōcretum propter cognationē eodem modo affectum cum aliud quicq̄ attingit, uel agitatū ab alio tangitur cum penetret per omne corpus usq̄ ad animam cernendi sensum efficit. At quādo idē oculorum ignis obscuratis locis in tenebras incidit extinguetur radius, qui ab oculo egreditur. Itaq̄ refellit hoc ostendens lumē exiens extingui non posse. quod quidē facit his uerbis. Quenam esset illa luminis extinctio? Calor enim, & siccitas idest ignis quēadmodum carbonum, & lignorū ignis & flamma suapte solent natura humore & frigore extingui, quorū neutrum lumini obesse uidet idest nec flamma nec ignis carbonis. Quod si lumen nec flamma, nec ignis est istar carbonis, neq̄ à frigore & humore extinguetur, uel quorū neutrum lumini obesse uidet, idest nec humor nec frigus, à quibus ignis extingui solet. Vel hoc etiam modo dixerim, & accuratius quæ carbonē extinguūt, & flammā humectæ sunt naturæ & frigidae. Sed in tenebris nec humor nec frigus in est, à quibus restinguitur ignis. Quod si quis repugnarit dicendo, imo radius ab oculis exiens restinguitur, uerum id nos latet propterea quod sensim extinguitur in tenebris & suapte facultate deficit, ab eodem petendum est, cur die nō extinguitur in qua ob humorem, uel in locis abditis qui præsertim frigoribus cōglaciant, in quibus solent ualentiora & fortiora restingui, & tamen hæc loca sunt tenebricosa. Videmus enī incensos carbones & flammā extingui, sed nōdū animaduersum est radium ab oculo proficiscentē in aqua & tenebricosis locis restingui, & tamē debuisset extingui. Quare si non extinguitur radius, neq̄ exit ab oculo. itaq̄ nō cernimus cum aliquid emanat ab oculo, quod Timæus assererat. Tenebras autē nec gelidas eē, nec humiditas liquet uel ex hoc maxime, quoniā loca etiā quæ recalent & arida sunt, non minus tenebris opplētur, quā his cōtraria. Adde si præterea cerneret animal, quod lumē prodit ab oculo quæ in aqua sunt, uel uitā degunt non uiderētur, quoniā fulgor ille, uel lux ab oculis egrediens non potest per aquā penetrare quin extin-

guatur. Præterea uerisimilius longe est, ut lux ab oculorum acie missa cum ptenuis, perq̄ exigua sit die potius quā nocte, & tenebris circūfusus extinguitur. Nam obseruatū nobis est exiguum ignem, perq̄ paucū lumen ab uberiore restingui uel corrūpi, quandoquidē eorum lux delitescat die, quæ nocte fulgent, & lucent. Quamobrē animalia nocte potius, quā die cernerēt, si propterea data esset animātibus cernendi facultas, quod lumen ab acie oculorū emittitur. Sed redeat unde manauit oratio. Posteaquā eo reiecit argumento supra memorato Platonis opinionē, sese ad Empedoclem cōuertit, qui cernendi causam interdū cecinit lumē esse, quod ab aspectu (ut supra diximus) emittitur, interdū autem quosdā fluxus introduxit, qui à cernendis rebus proficiscuntur. Primum porrò eius carmina recitat, in quibus sensisse lumen ignem esse uisus est, qui ab oculis emanat, & mittitur extra, atq̄ hoc modo cernere animalia credidit. Suis. n. carminibus lumē ab oculis egrediens quā simillimū facit luminibus lychnorum. Qui enim nocte iter facturus est, is solet lychnum lucernamq̄; adaptare & intra laternā ponere, quæ ita cōponitur, & conficitur ut lumē intra positum à uentis tueatur, & defendat, & cū sit subtilissimū, foras exire queat: eodem quoq̄ modo tradit ignem illum, qui mēbranis tanquā uestibus quibusdā uestitus & septus est, in acie oculorum se habere, quādo quidē uestes illæ & tegumenta reprimunt arcentq̄, ea omnia, quæ obducunt ignem cōsumere & pupillā lædere possent: at fulgor tamē ignis cum sit subtilissimus nō impeditur ab his pugnaculis aciei quæ exeat. Empedocles laternas dicit, quæ uentorum flatum arceant atq̄ prohibeāt, & tegant ignem qui uestibus, & mēbranis continetur, uel dicit laternas quæ prohibeant, idest densas quæ propter densitatem aurā uehemētē repellāt. Ignem præterea refert exilire, quoniam ob exilitatem sese undiq̄ porrigēs per uestes densas egredi potest. Pauimentū autem dixit orbem cœlum uel. Homerus sic proinde cecinit.

Disiecit pedem extendens à limite diuino.  
Toto ferebar die unā cum occidente sole.  
Præterea (ut Poetæ solent) usus est in hoc carmine uelis pro uestibus, & pellibus quibus pupilla obducitur, & tegitur.

Pupillam uelis subtilibus undiq̄ tectam  
Continet, & miris cōmunit uiribus orbem  
Quæ ubi recitauit Empedoclis adiecit eūdem interdum ad antedictum modum cernendi sensum effici dixisse, interdum uero quosdam defluxus inuexisse, qui à cernendis rebus manarēt usq̄ ad aspectum, & cum aditus oculorū eisdem patere & opplerentur ab eisdem, quoniam æqualis dimensionis sunt aditus, & defluxus, tum cer-

Alex. Aphro. de sen. B ii

In Alex. ipse  
so male iacebat  
uersus, ut  
alia permittat  
uersus p̄ illa. q̄  
calce sunt.

Plato i Theae  
seto.

nebatur. Hanc sententiam fuisse Empedoclis Plato etiam testatur, quandoquidem tradat illum de finivisse colorem esse quendam defluxum, quod a corporibus ueniat ad aspectum, & huic bene recteque respondeant, & ab hoc ipso sentiatur. Reliquum patefacit explosa sententia eorum, qui aspectum ex igne coagmetatum esse arbitrabatur; in quo Democritus errauit, & in quo recte sensit. Nam eum laudat, quod aspectum ex humore concretum duxit, sed cernendi eum, quem docuit modum uituperat. Nam cernendi sensum ratus est Democritus quaedam rerum imaginem, quam a cernendis rebus aspectus reciperet. Haec autem imago est quaedam uisa species formaque rerum in pupilla acieque oculorum non secus quidem, ac illae, quae uideri solent in pellucidis perspicuisque corporibus. Is sane Philosophus, & ante Leucippus, atque Epicurus ab aspectabilibus rebus idola quaedam, quae eisdem rebus specie, & forma similia essent promanare ad aspectum crediderunt, & cum oculos ingrederentur, tum animalia aspicere asseruerunt, quod hac coniectura monstrarunt, quoniae semper si animalia cernere debent, in pupilla impressam imaginem cernendarum rerum retinet. Opinionem itaque Democriti confutat causam & rationem reddens, cur pressa sit imago in acie oculorum, quia lenes sunt, cum lenia penes omnia suapte natura propensa sint, & non solus oculus, ut talem ab aspectabilibus rebus capiat imaginem. Dicit proinde. Sed in eo peccat, quod cernendi functionem quaedam rerum imaginem credidit. id est quod censuit imaginem uisam esse causam cur cernerent animalia. Praeterea annectit haec. Deinde actio cernendi in eo qui aspicit collocat, & minime in ea supra memorata imagine, siquidem haec affectio quaedam sit reflexio, quae breuiter admodum dixit, ideo obscura sunt, sed quod uult illud opinor, ubi profert. Et minime in ea supra memorata imagine, id est nec propter imaginem, neque in ea ipsa consistit cernendi sensus, & functio, sed in eo qui aspicit, in eo uidelicet qui cernendi facultatem habet. Imago enim apparatus quaedam reflexio, & affectio est. Vel intelligas hoc quoque modo illa. Deinde actio cernendi in eo qui aspicit collocat, & minime in ea supra memorata imagine, siquidem haec affectio quaedam sit reflexio, perinde dixisse uoluit. Actio cernendi non ponit in uisa imagine, sed haec ipsa uisa imago collocatur in eo qui uidet, cuius interpretationis fidem hoc sequens uerbum facit, Reflexio. Etenim uisa imago est affectio, quae in oculo propterea reponitur quod lenis est. Apparatus enim imago est affectio secundum reflexionem facta in his rebus quae & lenes sint, & consistat sic, ut retinere queant formam rei uisae, cum uarie ob interstitium quod praesit usque ad oculum afficiat, quo in genere est oculus. Quapropter cum iteratur illa

uisa imago series aspectum tum dicitur emphasis, uisa id est uel apparens imago. Etenim emphasis cum tendit usque ad cernentis oculum, quoniae is est perpolitus atque lenis retropellitur usque ad res aspectabiles, illico deinde per interstitium tum, re ipsa, actu pellucidum reuertitur ad aciem oculi. Utitur hoc loco reflexionis nomine communiter pro emphasis uisaque imagine quasi uno pro altero uti liceat. Verum ne credas cernere animalia per reflexionem, quemadmodum mathematicis uisum est, sed per officium pellucidi, quod cum afficitur quodammodo a cernendis rebus eam affectionem deferunt usque ad ea lenia corpora, quae illam sistere atque seruare possint. quod si ad directam, & perpendicularum oculus collocatus fuerit ad rem aspectabilem, interstitium pellucidum iterum recipit ab oculo affectionem, quasi a quodam alio fonte, & eam reportat rei aspectabili, a qua initio affectum fuerat. lege quaeso eum libri secundi de anima locum, ubi quo cernunt animalia modo declarat. Postremo affirmans emphasis non esse rem, quae cernit, sed quaedam affectionem, & reflexionem addit nihil certi, nihil perspicui, nihil probati habuisse Democritum de uisis rerum imaginibus & formis, ignorasse praeterea quid illae essent, & quo orientur modo, atque non modo oculos posse, uerumetiam omnia lenia harum imaginum receptacula sistere, & retinere eas ipsas rerum uisas formas. Addit absurdum uideri, cur non dubitauerit Democritus cum multa sint quae (ut ipse putat) emphasis apparatusque imagines recipiunt, quare obrem solus oculus aspiciat. Quod si id sane ipsum non ignorauit, itaque illi sentiendum non erat, ut cernerent animalia per imagines apparentes. Sunt enim plura animae expertia, quae etsi uisas rerum formas imaginesque in seipsis pressas retinet, at haec ipsa tamen nihil cernunt.

Fateor itaque cernendi sensum aquae tribuendum esse, uerumtamen non aquae causa cernit aspectus, sed quia illa pellucens est, quae sane perspicuitas aeri etiam communis existit: sed tamen inter aquam, & aerem illud inter est, quod humor arctius longaque constantius, quam aer pressa uestigia retinet & facilius aliquo includitur loco. Quocirca pupilla atque oculus ex aqua coagmetari uidentur, quod etiam certis operum signis declaratur. Vbi enim effossi sunt animalium oculi, quidam humor effluens apparet. Oculi item infantium, qui a foetu primis orti sunt, fulgent, & clari sunt admodum. Quinetiam ea oculorum pars, quae alba dicitur, modo animalia sanguinem habeant crassa quidem est, & pinguis. Idque factum est, ne humor ille unquam congelaretur. idcirco

idcirco inter ceteras corporis partes oculus minime riget, quonia nullius adhuc acies, et id omne quod palpebris tegitur obrigit. Animantia uero sanguinis expertia oculos habent pellibus duris tectos, quae sunt aciei tegumenta.

Com. 6.

Afferit Democritum aspectum dicentem ex aqua concretum esse a uero non discrepare, ueritamen negat propterea cernere animalia, quod aspectus sit aqua uel ex aqua comixtus, sed si ad cernendum aliquid aqua confert, hoc sane efficit, quia pellucida est. Cernunt enim animalia per ipsum perspicuum, ideo etiam per aquam cum haec perspicua sit. Causam deinde affert, cur cum aer non minus pelluceat, quam aqua, & pellucidi ope cernatur, oculus ex aqua potius sit constitutus, quam ex aere.

Prima.

Dicit porro quia humor aquaue diutius arctiusque retinet affectiones, quam aer, quinetiam eo in loco quem obsidet magis diutiusque subsistit. Aer enim quam facillime diffunditur, & ob id arduum est, ut loco concludatur. Usus est his uerbis etiam facilius aliquo includitur loco, quae significant aquam maiorem soliditatem habere, quam aerem, qui sane multo facilius perlabitur, & diffluit. Alia item ratio adduci potest, quonia etsi aer ob suam tenuitatem pellucidus est, aqua tamen pellucida uidetur, atque pressam effigiem seruat. Verum contenti esse debemus pellucido, ut cernamus, sed si Democrito cedere uolumus, non solum opus est pellucido, uerum etiam eo, quod impressam rerum aspectabiliu effigiem formamque tueri, & seruare possit. Sed (ut dixi) contenti esse debemus solo perspicuo, si illa rerum cernendarum imago ad aspiciendum nihil confert.

Secunda.

Tertia ratio, cum duo extent extrema pellucida, quorum alterum sit rarum ut aer, alterum uero solidum, in quo genere ea perspicua reponuntur, quae proprio coercent termino uelut crystallum, & lapides nonnulli, inter haec medium aqua est, & cum receptaculum aliquorum quae maxime excellunt medium inter ea esse debeat (Quod si unum esset extremum non posset alterum recipere, cum admodum uel ab illo discrepet, uel longe absit) Cumque Aristotele referente in commentariis de anima aliquid sit oportet, per quod sentimus, & huiusmodi est aqua pellucida, merito itaque ex aqua oculus coagmetatur. Certis quoque signis aciem oculi, uel pupillam aqua admixtam esse confirmat. Si enim oculi effodiuntur, humor quidam diffuere uidetur. Quinetiam humor oculorum admodum fulget infantium eorum uidelicet, qui non longe ab ortu absunt. Ad id illud etiam quod cum scinduntur oculi, humor quidam cernitur, qui continetur his uestibus, quibus pupilla munita septaque est. Praeterea cur illa oculi pars alba in his, quae sanguinem habent, crassa pinguisque sit refert eam causam, ne coeuletur

Tertia.

oculorum liquor, qui eo tegitur, uel continetur loco. Quocirca oculus minime congelari potest. Animantia itaque sanguinem habentia eiusmodi (ut diximus) praesidium habent, ne liquor oculorum rigeat, Contra sanguinis expertia eam oculorum partem crassam non habent, sed solidos durosque oculos tenent ob eas uestes, quibus humor, quo cernitur tanquam propugnaculis munitur & tegitur.

Per absurdum porro censeo si aspectus aliquid cernit, egredi quidpiam ab acie, idque ad sidera usque pertingere, uel ad certum locum exiens cum cognato occurrente unum commisceri oportere, quod certi Philosophi tradunt.

Tex. 7.

Memorata supra Democriti opinione ad primam reuertitur, & cum qui aspectum igneum esse arbitrabantur cernere animalia faterentur, quando quidpiam egrederetur ab oculis: hoc sane secundum confutat, ne aliquis affirmet aspectum igneum esse quod primum erat. Quapropter ubi reiectum illud fuerit secundum, nihil uidelicet ab acie oculorum egredi dum cernitur, nullum item animal aspiciere per reflexionem monstratum erit. Sed ut scias qui huius opinionis principes fuerunt, alii ab oculis aliquid exire putarunt, quod usque ad rem aspectabilem pertingeret, quemadmodum mathematici existimant. Nam si radios ab oculis usque ad rem cernendam serpere uel promanare quando cernitur ferunt. Nam ex antedictis radiis conum fingunt, cuius angustior pars in acie oculi relinquatur, & basis uel latior pars in re uisa coniciatur, quo scilicet cono res omnis uisa complectitur, & hoc modo uolunt res uideri quando quidem basi uniuersa res cernenda continetur. alii demum lumen ut Plato quoddam ab oculis missum usque ad certum quendam locum peruenire aiunt, in quo cum offendat illud in aere sparsum sibi utpote quam simillimum cum eo commisceat, & cum unum ex illis duobus corpus luminis factum sit, id nimirum ipsum usque ad confinia ipsius aciei perducitur, & affectione oculis defert, & illi cernunt. Quare utraque opinionem hoc loco perabsurdam inquit, uerum mathematicis nihil obiecit, sed illico secundam opinionem eorum inuexit, qui lumen egredi ab oculis, & cum occurrente utpote sibi cognato (ut supra recitauimus) commisceri afferebant, idque eo fecit, ut refelleret eorum sententiam (quod sane primum ei erat in animo) qui aspectum igneum esse docuerunt. Sed in mathematicos plura dici possunt. Ordiamur itaque hoc modo.

Com. 7.

¶ DIGRESSIO PERPVLCHRA PER QVAE NECESSARIA.

Necessesse est, ut quod ab oculis mittitur, uel egreditur corpus sit, quod nulla res incorpo

Prima ratio.

rea loca mutare potest suapte natura atq; sola. qđ si quod exit, corpus detur esse, quò fieri potest, ut non debilitentur oculi, & langueāt, cum aciem intendant oportet ad ea loca, quæ ab illis ita longe absunt, ut cœlum à nobis?

¶ Nihil refert illud corpus asserere tenuissimum, quoniam tâta est interualli longitudo, ut corpus animalis quâuis magnum esset, & aliquod semp tenuissimum corpus ab acie oculorū egredere, consumi queat. Contrariū porrò animaduertere licet, quoniã æque tum animalia permanent sine defectu, cum cœlum, & astra suspiciunt, ut cum claudunt pupillam.

¶ Si preterea exile esse illud corpus ferunt, quod emittitur, ut suam sententiam tueantur, quomodo à quouis contrario occurrēte, ne facile intereat sese defendere poterit. Corpora enim exilia p facile aduersariorum ictum recipiunt.

¶ Consistet ne contra summū uentorum impetum? declinabit ne sic, ut à recto cursu deiiciat? quare cum ita uideamus flante uento, ut quâdo cœlum tranquillū est, ualeat illud exile corpus.

¶ Adde, subtile esto illud corpus. cur clausis palpebris p meatus non exit? quod si hoc pbaueris, & dederis, cur tum nō aspiciamus quicquã? quod si contra negaueris uidelicet tum exire, quæram quid sit causæ, quod cum radii subtiliores sint lacrymis, & sudore, quæ p angustias meatuū egrediuntur, radii tum foras non prodeant, quinetiã nulli, qui palpebras claudunt ita supremas infimis iungunt, ut subtilissimi radii nullū inueniāt exitum. Etenim si radii per solida pellucida penetrare possunt, quandoquidē specillis, & lapidibus fulgentibus traicitur aspectus usq; ad res cernendas, itaq; per cutē palpebrarū trāsire poterunt.

2. rō pricipalis.

¶ Radii egredientes secus deriuant, quã, solent penè omnia, quæ cum ab aliquibus pficiscuntur, in quendã angustum locum rediguntur. Aqua enī dum fluit utraq; serpit, etiã atq; etiam angustat. Flamma quanto altius tollitur, tâto acutior efficitur & ad angustia terminatur. Contrarium uero his radiis tradunt accidere, quoniã cum exeunt, latius manant, & in ampliorem locum deriuant in quo basis est coni.

Tertia.

¶ Si preterea quod emittitur, corpus esse cōprobatur, locum itaq; occupabit, & cum inane nullū sit, dum ergo cietur corpus penetrabit corpus, & duo simul eundem obsidebunt locū, imo plura eundem obtinebunt, si multi unà oculos in eadē rem uisam cōiecerint. Quod si hoc absurdū uita re uoluerit, & unū corpus alteri cedere dederint, ut si quis per aquã aliquid aspexerit radio exeūti ab illius aspectu aquã cedere. itidem si per aerē eidem radio hunc ipsum locum dare inquirāt, ab his petendum est, cur cedere hæc uelint. Aq; enī

quæ occurrenti radio cedit ab oculo recipi neq; quandoqdem imersum in aqua ispiciamus, neq; enim aspirãdo aquã haurire recipereq; ualemus, quoniã negatum est nobis in aqua respirare. itaq; petendum est, quid sit illud quod in aq; cedit radio exeūti. neq; dicere possunt corpus per qđ fertur conus, quoniã etsi quando unus aspicit eius cono cedit, si duo & tres eandē rem cōspexerint, cedat cuiq; aspicientis cono oportebit, & conus unius cedit alterius cono, idq; mutuo. Quod si dederint partem unius coni alterius parti cedere, itaq; solus ille cernet cuius conus occupauerit eum locum in quo è regione res aspectabilis posita est, quoniã nō uideo quomō illi cernere possint, quorum coni cedunt uel eorum partes: sed perspicuum est illos tres eandem rē cernere. itaq; unus conus per alterū, idq; mutuo penetret necesse est. quinetiã plura corpora unum, & eundē locū obsidebunt quē unius pars coni tenet.

¶ Accedit, q; si omnis motus tempore metitur, & nulli datū sit cernere, nisi radii ab acie proficiscantur sese ad rem uisam usq; porrigentes, itaq; spatium temporis sumēdum erit, ut aliquid uideat. Sed fieri non potest, ut quod cietur tâtum interualli & duplum eius eodē tempore absoluat, modo eandem cursus celeritatisq; normam teneat. & tamen luce presente uicina eque, ac remota eodem tēporis spatio, uel momento cōspicimus.

¶ Quinetiam si nonnulli è regiōe, uel è diuersis locis eandem rem contuerentur & coni mouerentur, nimirum necesse esset, ut continuatio radiorum discinderetur, cum in eandē rem uisam concurrant, quæ si p̄cisa foret continuatio, nihil cerneretur. Sequitur quoq; idem si (quẽadmodum supra loquutus sum) duo è regiōe aduersisq; ue stigis sese mutuo conspexerint, & alter positus fuit in conspectu alterius sic, ut uidere ac uideri queat, certe eorum alter uideri, ab altero non poterit, quoniã radii qui emittunt ab utriusq; oculis sese in mediū offendentes secabunt sese mutuo. q; si hoc negas, itaq; radii mutuo sese penetrabunt, & quod supra horrebamus seque, idest duo simul corpora eundem occupare locū. Sint quoq; qui è regiōe oppositisq; locis alter in alterum uicissim oculos conuertant, radios etiam coniiciant oportet, hi ubi se offenderint, si æqua se manu, & ui repulerint alterum neuter intuebitur: si uero radii unius superabunt alterius radios, itaq; is cernet alterum à quo uisus non erit.

¶ Item quod exit ab acie si corpus eē censeat, uel aer erit, uel ignis. Hæc enim subtilissima sunt corporum, è quibus animal cōstat. Aerem ne dicas obsecro propterea qđ aer citimus uicinusq; oculis, & aciei est. itaq; temere egredereetur cum p̄sto sit, neq; ignem eē adsciscas uelim, quoniam cum

Quarta.

7. phis.

Quinta.

suapte existat natura subtilissimus, propter facile mobilis, cuius uestigia supra uidentur & eum petit locum, solū supra suspiceremus, at ipsi tamen quæ circa nos & infra, atque infima cernimus, nisi hoc summæ leuitatis, futilis opinionis sustineas ignem descendere, quem motū ignis subit præter naturam, & ui. Adde quod si foret ignis, cum in aqua extinguitur, quoniam modo quæ aquæ immersa sunt cernimus. Nec ad subtilitatem eius confugiendum est, quoniam quanto subtilior erit, tanto citius extinguetur. Quod si ignem quoque esse tuebris, quomodo consentaneū illi erit per oculos exire, qui & pupilla ex aqua coagumentatur. Item uidebitur eque nocte, ut die cernitur, imo si plures fuerint exiguo quodam in loco conclusi ubi aeris non multum sit idem ignis illustrare aerem poterit, & uideri. Leue omnino est, ac anile dicere illum restingui crassis circumfusis tenebris ut nocte fieri solent, quam aqua crassior densiorque; multo est tenebris, & tamen in ea non extinguitur. Quod si quod egreditur aiunt lumen esse, iam eos argumento primo confutauimus, in quo diximus nullum incorporeum egredi atque proficisci moueri que; posse, quoniam lumen oritur & unumquodque illustratur, ut ei comparatum est secundum suum locum illustrari ab eo quod illuminat. quocirca lumen non mouet. Simul proinde cernimus & uicina, & remota, cum eodem tempore omnia collustrentur, quæ suapte natura illustrari possunt, quod sanè fieri non posset, si lumen quoddam corpus esse diceretur. quare cum uideat lumen fateri quendam habitum & qualitatem quæ corpus unum à splendido, & pellucido illuminatur, & non naturam, aut corpus esse, id ipsum probem necesse est, quod quidem facio ex eo quod sublato corpore illustrante, illico lux tollitur. Hæc igitur in eos dicerentur, qui sustinent id quod egreditur ab aspectu corpus esse, & permanere usque ad res aspectabiles. Confutabunt eisdem ferè rationibus etiam, qui à rebus cernendis quidpiam usque ad oculos fluere, quos cum ingreditur, tum cernere animalia arbitrantur. Sed præter illas hæc adducantur, quoniam si quemadmodum dictum est aspicereamus, interiectum spatium inter nos uidentes, & rem uisam cernere non possemus.

Præterea quomodo quidpiam undique cerneret, quoniam tantum illius uideretur, quantum oculorum acies recipet, & tantæ molis esse idola oporteret, quantam posset pupilla recipere.

Postremo laborabit uehementer oculus quæ cum suapte natura facile afficiatur, tum etiam à tot corporibus sæpissime ferientibus perturbabit. Sed hæc alio loco sunt copiosius disputata. Redeamus ad Aristotelem.

FINIS DIGRESSIONIS.

Aristoteles dicit perabsurdum esse si aspectus aliquid cernit, egredi quidpiam idque; usque ad astra pertingere, uel ad certum locum exiens cum cognato occurrente unam commisceri oportere, quod certi Philo tradunt. quibus uerbis cum duas opiniones patefaciat, eludit primam per hæc uerba. Idque; usque ad astra pertingere. Absurdissimum. non est corpus quod emittitur ex aspectu cernentium sese ad eum usque locum porrigere. Reliqua uerba subsequentiā in eos qui lumen exiens commisceri cum cognato occurrente tradiderunt scripsit.

*Qui sanè rectius dixissent, quam quæ id etiā leue sit, si ubi primum exiit lumen ab oculo, cum uicino copulari tradidissent. Sed quæ, copulatio et quomodo lumē lumini admisceri potest? Neque enī temere quæ res cunq; cum quauis commiscetur. Deinde quæ cōiunctio esse potest lumini, quod intra confinia oculorū est cum illo, quæ extrinsecus existit, quādo quidē interiecta sit mēbrana.*

Tex. 8.

Refert Platonem rectius dixisse, si finitimum pupillæ lumē extrinsecus circumfusum eiusdem oculorum aciei tradidisset intimo copulari, quæ idipsum ab oculis egredi, & usque ad certum locum alteri obuiam uenienti sese coniungere, quod his uerbis significauit. Ubi primum exiit lumen ab oculo cum uicino copulari tradidissent. sed cur rectius dixisset? Quoniam nullo luminis ab oculis exitu opus esset, neque ullum desideraretur interuallum, quo res uisa complecteretur, sed illud finitimum lumē causa foret, cur cerneret animal. Nam inquit sine luminis intrinseci exitu, & fluxu illud finitimum pupillæ ad cernendum satis esse. Qui enim aspectus cernit exeunte lumine? Deinde quid est illud quod lumine externo afficitur? Etenim dici non potest esse quidpiam quod rei cernendæ formam ferat, quæ rectius scripsisset Plato, si intrinsecum lumen à uicino affici, & huic coniungi probauisset. Præterea scire percipio, si spatium undique ad pupillam usque collucet, cur alterum exiens expetendum sit. Quod si tenebras aciei finitimas, & lumen abesse aliquatulum asserueris uitare non poteris, quin tua secutus decreta lumē dicas, ubi primum in tenebras iciderit restingui, idque; antequam lumē offenderit, quo cum iungi existimas; quocirca lumen extinctum ualeat, quoniam nihil potest. Cæterum quod Aristoteles scripsit rectius dicendum esse lumē, uidelicet uicinum pupillæ cum interno eius coniungi, idipsum leue inquit causamque; affert leuitatis: Quæ inquit copulatio, & quomodo lumē pupillæ, id est insitum externo misceri potest? Plato enim cum causam afferre uoluisset, cur circumfusis tenebris aspectus non cernat hanc censuit, quod cum ignis ille ingenuus oculis promicans discedensque;

Com. 8.

ab acie nocte in sui dissimile, idest in tenebras incidat: mutatur, & extinguitur. quo sanè tempore non potest cõmisceri alteri, cum quo sibi quædã naturalis intercedit coniunctio, quãdoquidẽ aer obscuratus sit atq; igne tum careat. Itaq; approbavit propterea aspectum cernere, quod lumen ab oculis egrediens offendit sui quãsimilimũ quo cum admiscetur. Id porrò ipsum idest assentiri huic opinioni approbanti lumen lumini copulari Aristo. improbat, tanq; futilitatis & leuitatis plenam, quod his uerbis facit. Sed quæ copulatio, & quomodo lumen lumini admisceri potest? Nam hæc copulatio, uel admixtio non potest esse horũ luminum tanquã quẽdam sit duorum corporũ coniunctio, neq; quæ res cũq; cui temere cũq; admiscetur, sed primum quæ admiscenda sunt mutuo corpora sint oportet, hac deinde necesse est, ut quadam affinitate & cognatione consentiãt inter se. quocirca leuissimum est arbitrari aspectum cernere, cum lumen ab acie oculorum egreditur, cũ propterea quod lumen dici corpus non licet, tum uero, quia perspicuũ est, nullo mō unũ lumen alteri cõmisceri posse. Animaduertere enĩ nobis datum est, nullã na ci luminum cõiunctio nem, quãdo duo lumina à diuersis collucẽtibus rebus proficiscerentur ita, ut quãuis simul esse queãt, quoniam tamẽ ubi ea collucẽtia à quibus ducũtur lumina disteterint, etiam hæc ipsa lumina inter se distabunt, & unũ ab altero segregabiũt. Si ergo quis duos lychnos duasq; faces accenderet eodem in loco, & unam ab altera remoueret palãm est lumen unã remoueri cum eo, à quo proficiscitur, quod etiam ea coniectura monstratur, quoniam abeunte remotoq; uno reliquũ multo minus est, quã antea fuisset. Sed q̃so Plato dicat quonam modo perabsurdum nõ est negare nos posse idem cernere sine luce ab oculis emissã, si p aspectum & lumen egressum, & occurrenti copulatum cerniũt. Deinde quẽrdum est ne illa multorum lumina, quæ à diuersis oculis coniciũtur in idem unã copulẽtur, & utrum oēs per unum aspectum uideant. q̃ si hæc negauerit Plato, uelim modum inueniat, quo ea lumina copulẽtur, & quonam modo copulata cuiq; aspiciẽti suum assignare ualeamus. Cum ergo dubitasset quĩ fieri potest illa luminum cõiunctio, simul in dubiũ uocat quomō pupillæ, & lumini eidem ingenito extremũ coniungi queat. Cum enim nec oculus, nec acies cernat, siquidem anima sentiẽdi in extrema oculi parte nõ collocatur, sed quemadmodũ libro de anima approbatum est alio in loco reponitur, & inter lumen aciei, & externum mēbrana quædam interiecta est. quomodo ergo lumẽ extrinsecus interno coniungi potest, quãdoquidem id ne fiat magno sit impedimẽto antedicta mēbra

na, idq; multo magis si lumẽ corpus sit? q̃ si hæc fieri coniunctio nequit nisi lumen pupillæ insitũ foras egrediatur, & tamẽ fiat oportet si nobis cernere datũ est, itaq; nihil cernemus. Hoc loco eam uestem mēbranam uocat, qua inuoluitur, uestit, munit acies. Itidem Empedocles pauloante his uerbis membranam cecinit.

Sic ille antiquus cœlesti è fomite nobis Ingenitus, qui membranis includitur ignis.

¶ Quare Plato rectius dixisset, si ubi primum in ipsa regione oculi lumen exiẽs cum externo iũgi asseruisset, quod tamẽ fieri non pōt, quoniam interiecta membrana uetat ne mutuo copulentur. Quapropter cernendi actio non efficeretur, nullumq; animal aspiceret si lumen corpus esse, atq; attingere illud oportere daretur quo cum iungi necesse est.

Cæterũ aliã nobis dictum est aspectum sine lumine cernere non posse, quinetiã adiecimus quodam interuallum inter rem visam, & oculũ: quod vel lumen, vel aerem dicas nihil modo refert. sat nobis est eo loco monstrasse quodcũq; animal cernere, quando id traicitur per illud interuallũ quod est videndi causa. Et merito quod intra oculi limites cõtinet aq̃ est, qm̃ pellucet. Aspectus æq̃ lumẽ intrinsecus, ac extrinsecus desiderat ut cernere possit, quamobrẽ regio aciei & pellucida sit, & humore concreta oportet, quandoquidẽ ibi aer non existat. Nam anima uisq; cernendi non extrinsecus oculi partem obsidet, sed palãm intra regionẽ aciei collocatur. quocirca necesse est, ut hæc regio & collocat, & luminis capax sit, quod quidẽ certis casibus cõprobatur. Quidam enim in bello ea in parte ubi tempora iacent cum vulnera sic cœpissent, ut oculorum meatus neruiq; conscisi uiderẽtur tradiderunt sibi uisum nõ secus in tenebras incidisse, quã cum lychnus lucernaq; extinguitur, idq; propterea quod oculi regio, & ea pars quæ pupilla solet appellari conscisa fuit, perinde ac quædam laterna discisa sectaq; fuisset.

Reiecta sentẽtia eorum, qui animalia cernere tum arbitrabatur, tum quidpiã ab oculis promitteret, & quomō leuis esset horum opinio, diligẽter cum supra ostẽdisset, quid ipse sentiat explicare nititur: Meminit porro aliã scripsisse nihil cerni percipiũt posse sine lumine. Nam in cõmentariis de anima hæc retulit. corpus suapte natura aspectabile mutãdi afficiẽdiq; pellucidum actu uim habet. quo loco actu pellucidũ uocauit quã iam illuminatum est. posuitq; lumen esse actum pfectionemq;



perfectionemq; perspicui, qua. s. ratione pspicuū est. quod siue asseratur illud esse qđ inter ré cernendam & aspectū nostrum ponitur, siue quod aliud cūq; collucens, parum refert. unū illud monet motum esse illum cernēdi causam quo trahitur p idipsum pellucidū actio rei cernēde usq; ad aciem oculorum. Res enim cernenda, uel aspectabilis uim mutādi eiusmodi naturā habet. Hęc uerba tu perpēde: quod uel lumē, uel aerem dicas nihil modo refert, quæ ppter ea adiecit, qđ lumen quāq; causa sit uidendi, tamē desiderat aerē, uel quoddā aliud pellucidū, cuius formā & actū lumen esse aliās demōstrauit. Verba hęc, uel aerē dicas, p̄tulit p̄inde ac dixisset, siue quod uis aliud corpus eiusmodi, ut luminis capax eē uideat, p̄inde subiūxit. Et merito quod intra oculi limites continetur, id est pupilla acies uē oculi, qđ hęc intus in oculi regione sita est, ex aqua constat, qđ locum antedictum obtinet, & minime iter aspectū & rem aspectabilem interiecta est. Aqua enī pellucet, & eius est naturā, ut lumē recipere possit. Ut enim externum spatium illustrari actu oportet, ita pupilla colluceat, si qđpiam cernit necesse est, & tamen nec sensus, nec ius sentiendi illuminatur. Quēadmodū enim nihil aspici, nihil aspectu percipi potest, nisi extrinsecus spatium circūfusum illuminetur, ita nihil ab acie comprehendit oculi, nisi uniuersa oculi regio ad animam sentiendi usq; collustretur, quāobrem quod intus in oculo est pellucidum sit, & eius naturā, ut quam facillime queat illustrari oportet, itaq; pupillā ex aqua constare necesse est, quādogdem intus non colloceat aer, quod qđdem Aristoteles adiecit, uel fortē quia nemo hoīum in oculis aerem in eē arbitratu est, uel quod nusquā inclusus aer appareret quando discindūtur, aut effodiūtur, aut uulnerantur oculi, uel etiam quoniam non mō oportet r̄pretium est, ut quod in oculis includitur pellucidum sit, uerū etiā illud, ut retineat pressa uestigia, quod quidem aqua arctius longe atq; firmitus facit, quā aer. Quocirca non solum aq; pellucida est, sed etiā imagines seruat tanquā aptior aere ad retinendas imp̄ssas formas rerum aspectabilem uideatur. Quod uero humor aquauē recte dicatur firmitus pressas formas tueri, eo comprobatur argumento, qđ aer facillime diffundit & dissipabilis est. Nam (inqt) anima sentiendi cernēdi uē non extremā oculi partem obsidet, quibus uerbis cur oporteat pupillam pellucidā esse ita, quēadmodum & extrinsecus spatium illuminatū eē necesse est, causam affert, qđm anima uisq; cernēdi itus in oculo, & minime in extrema eius parte iacet. quod si extremam obtineret oculi regionem ualere iuberem perspicuitatem pupillā, quoniam satis opinor ad cernendum esset spatiū

circūuicinum extrinsecus illuminatum. Sed me quidem hercule anima uisq; cernendi inter confinia oculorum sita non est, quoniam itidē essent ceteri sensus collocati singuli in suarum regionū terminis, quo nihil leuius, quādogdem nullū esset animæ huic iudicium tribuendum quādo alter sensuū aberrat, ppter ea quod anima in extremis instrumentorum sentiendi collocata partibus cū longo hęc extrema interualla sint disiecta, ubi unus sensus errauerit, p̄sto ibi esse non poterit, ut per alium sensum tāquā per nuntium corrigat errantem. Quinetiam deesset iudex, qui p̄set in iudicādis sensuum obiectis, quæ per diuersa instrumenta sentiūtur, quādogdem nulli sensuum datum sit iudicare suum com̄prensibile, & multominus differentiam obiectorum. Sed hoc totum libro de anima disputatum est diligēter, dicam proinde hoc loco hęc breuiter. Deesset enim cōmunis quidam arbiter, qui obiecta perciperet, & diiudicaret eorum differētiam. Et ne immerer hac in re, fac animam sentiēdi in extremis instrumentorum sentiendi partibus insidere, illico eius animæ iudicium cōfunditur sic, ut quēadmodum oculus qui cernit non potest de uocibus, de sonitu ullum afferre iudicium, ita nullū sit relictum nobis de cuiusq; sensus obiecto iudicium. quapropter si hoc uinculum, hocq; centrū in quod deriuant omnes quinque sensus dico sanē animam sentiendi in cuiusq; sensus ultima regione locaueris, sic aberit una potestas sentiēdi ab altera, ut nullum iudicium sensibus certū relinquatur: sed planē contrarium experti sumus. Ceterum uim cernēdi non esse positam in extrema oculorum parte, sed totam regionē usq; ad eam antedictam uim esse perspicuā, atq; collucere certis casibus cōfirmat. Nam cum qđdam in bello ea in parte ictus uulneraq; ab hostibus cæpissent, in qua tempora sita sunt, nimirū sic uulnerati fuerunt, ut ii nerui meatu uē oculorum in qbus inest regio pellucida, cōcisi uiderētur: quibus ictis uulneribus illico circūfundi tenebris tāquā lucerna quædam extincta esse uisum est. idq; ppter ea quod conscisa erat illa regio pellucida quæ post pupillam iacet tāquam lucerna quædam pellucēs, quæq; uniuersam regionem oculi ad uim cernēdi usq; illuminat, huius autē regionis cōtinuationem cum uulneris ictus scinderet, lumen perinde eam uetuit recipere, ac extinctum esset in eadem. quare si aspectus nō coagmentatur ex igne, neq; facultas uidendi in extrema oculi parte sita est uniuersum oculi spatiū usq; ad animam sentiendi intrinsecus pellucidū esse oportebit.

Quamobrem si quēadmodū diximus accidit, perspicuum quidem est, ut non aliter cuiq; sentien  
Alex. Aphro. de sen.

Si aia si facia  
q̄ nō est ponē  
dus sensus cō  
munis.

Tex. 10.

C

DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

di instrumento suum elementū tradere atq; accōmodare oporteat, quā antea fecimus uidelicet aspectum ex aqua concretū existimare, auditum uero, qui sonitus uocumq; particeps est ex aere, odoratū ex igne. Quod enim actu odoratus est, id certe ipsum facultatem olfaciendi habet. Nam id sensum ab ocio ad actionē traducit, quod in sensum cadit, quare necesse est, ut sensus actu sit quod est subiectum sensibus, quod prius erat potestate. Odor autem est quaedā instar fumi exhalatio, quæ ab igne proficiscit. Quocirca proprium odorandi instrumentū in eo ponit loco, in quo cerebrū collocat.

Com. 10.

Aspectum ex aqua cōpositum cum supra probasset, hunc ipsum ad eum sanè modum cōstitutum affirmat, quibus uerbis uidet Aristoteli non sua decernere sentētia, ut aspectus ex aqua cōmixtus esse dicatur, sed potius, ut quibusdā morem gerat, qui cuiq; sentiendi instrumento suum adscribent elementū. Quod si cuiq; instrumento proprium tribuitur elementū, aspectui aqua, auditui aer, quod hic sensus soni strepitusq; particeps est, odoratui ignis tribuendus est, quamq; contrarium aliàs demonstrauerit. Quæ deinceps profert hæc sunt. Quemadmodū aspectus antequā cernat potest uidere cernereq; omnia, quæ in aspectū cadunt, & auditus antequā exaudiat sanos, uoces, strepitus potest prius exaudire, ita odoratus antequam odoretur potestate est odor. Nam odorandi sensus actu est odor, & idem odori actu, odor enim & sensus actu odorandi non discrepāt. Odor uel id quod odoratu cōprehenditur quaedā exhalatio sicca instar fumi est ignea ab igne ducta, quod quidem ex uaporibus perspicuū est, qui subditis ignibus exhalant odorem, quinetiā flores his in locis uehementes odores edunt, qui sanè loci propterea quod æstuāt uel calidiores sunt, odores exhalant uehementius. Solent proinde ea loca cōflagrari, in quibus apparet illa ignea exhalatio. Quid uero sit odor, persequet postea. Is enim est odoratus quando idem sensus agit. Item explicabit progressus ultra quonā modo quispiā ex igne odoratum admixtum esse tueri poterit. Sed (quæadmodum paulo ante dixi) cuiq; instrumentō sentiendi suum elementum non suapte sententia tribuit, quandoquidē in cōmentariis de anima nullum sensus instrumentū uel ex solo igne, uel ex sola terra constare posse retulit, quo etiā in loco odoratū non tam aeri quā aquæ tribuit. Postremo quoniam odor est ignea, & fumi instar exhalatio inquit apte affirmari posse instrumentū odorandi uicinum cerebro esse. Quod enim est caloris materia, id quidem ipsum frigidū esse oportet, itaq;

non erit mirum si olfaciendi instrumentū cerebro adheret, quoniam hoc suapte natura reliquarū partium in corpore frigidissimū existit. Huiusmodi ergo materia potestate sensus est & quod uim odorandi habet. Sed hæc non sine cōtrouersia dicuntur, quoniam si quod est potestate aliquid huius est materia, & cum id quod uim odorandi habet potestate est odor, itaq; quod uim odorandi habet materia odoris erit. Equidē supra admisimus frigus esse caloris materiā, & quod uim odorandi habet frigidum est, propterea quod illud à cerebro uel oritur uel heret eidē, itaq; odor erit calidus. Nisi eò confugas ut sensum actu calere asseras, idq; etiam propter partem calorem. Quod si quis odoratum ad hunc modū ex igne concretū asseuerit, non à uero abhorrere uidebitur.

Quoniam frigoris materia potestate calor est. Præterea cum oculorū fabricatio à cerebro trahat originem ad eum quem narrauimus modū coagmentantur oculi. Cerebrum enim humore ex frigore ceteras corporis partes anteit. Cæterum facultati attrectandi terra tribuitur. Gustandi uero uis quædam est tactus species.

Tex. II.

Nollem cogites his uerbis Aristotelē ostendere instrumentū odoratus ex igne constitutū esse. Hoc enim fieri non potest antequā odor sit sensui presens, & sit actu sensus. Addit oculorū fabricā, quoniam à cerebro eorū molitio initium sumit, quod est reliquarum partium in corpore humidissimum & frigidissimum, ideo ex aqua cōstitutum est ad eum supra dictum modū extare. Ex quibus nimirum uerbis facile est cognoscere aspectum, cum eius machinatio à cerebro proficiscatur non ex igne, sed ex humore cōcretum esse, quocirca neq; odoratus ex igne æditus erit, siquidem his etiā sensus à cerebro originem trahat. Verum tamē affirmabit cum persequet hanc narrationē ob eam causam odoratū & eius instrumentū cerebro herere, ut locus cerebri ad quandā reducat mediocritatem quā quisq; sensus ad obeundum munus suum desiderat. Quæ enim odoratui subiecta sunt & odores existunt, profecto calent. Odor enim est quaedā instar fumi exhalatio. At si quis antedictis insistere uoluerit itidē aspectum ex igne ut odoratū coagmentari affirmabit, siquidem frigus est materia rerum quæ aspectu percipi possunt & has res aspectus actu capit, itidem materia odorum quos cōprehendit odoratus erit frigus, si quidē frigus est materia caloris. Sed fortasse non est eius placitum ut antedictō modo suum cuiq; sensui accōmodetur elementū: quod si aptauit & tribuit cuiq; suū elementū id fecit exercitationis causa. Fortē illud quoq; asserere

Com. II.

Dubium

1. rñforū

2. rñforū

rem

rem tam aspectus quam odoratus instrumentum cerebro haerere, at illud tamen odorandi qua ratione frigidum est, ideo qua ratione id ipsum habet vim sentiendi potestate est calidum, sed instrumentum uidenti inest in cerebro non ea ex parte, qua frigidum & alget, sed qua humectat & perspicue naturae est. Nam lumen & color actus perfectioque perspicui pellucidi que est. Reliquum tactui terram assignat. hanc itidem gustandi instrumento, quandoquidem gustatus sit quaedam tactus species. Quare cum quatuor sint elementa duobus tactui & gustatui tellus adscribitur, aspectui aqua, auditui aer, odoratui ignis. Quae hoc loco non suam secutus sententiam, sed plane more oratoris suadendo uerique, similia tractando disseruit. Probauit enim alias instrumentum sentiendi nullum ex terra constare posse. ideo quaecumque terra redudant in corpore nostro collocata, ut tricae, ungues, ossa, exptia sunt sensus. Quinetiam gustatum in humore uersari, & ex humido confici demonstrauit. Postremo responderem neque hoc loco instrumenta sentiendi ex terra conflata dici, sed eorum actiones ut supra dictum est fieri, quemadmodum de odoratu dixit. Quod autem suadendo & uia illustrando qua posset quispiam unicuique sensui proprium adiungere & applicare elementum supra disputata Aristoteles tractauerit, quae sequuntur declarant.

Proinde cor prope gustatus, et tactus instrumentum collocant. Cor enim cerebro tanquam e regione opponitur, et calidissimum ceterarum partium est. Et finem hoc modo faciamus de his partibus corporis, quae vim sentiendi habent, et ingrediamur sermonem de rebus, quae sunt subiectae sensibus, quomodo quaeque suum sentiendi instrumentum, ut color aspectum, sonitus auditum, odor odoratum, et alia tactum ferunt, de quibus et si libro de anima in uniuersum disputatum est, ubi explicauimus quid esset eorum actio, et quo quicquid modo ageret in ipsum sentiendi instrumentum, at nunc tamen quid sit unumquodque quid uidelicet color sit, uel quid sonitus, uel quid odor, uel sapor uel de tactu itidem dicendum est, et a colore ordiamur. Verum illud primum moneo unumquodque sensus obiectum dupliciter se habere alterum actu, alterum autem potestate. Sed quomodo color actu, et sonitus idem sit uel differat a sensibus actu uidelicet ab aspectus actione, et ab auditione libro supra memorato tractauimus. Nunc uero quomodo suum quicquid feriat sensum et agat persequemur.

Odoratum ubi dixit ex igne concreta esse, &

proprium ob id instrumentum eius cerebrum propter locauit, frigus enim caloris materia est quandoquidem generatim soleat contrarium suo contrario materia esse, & odoratus calidus est, quod quaedam esse instar fumi exhalatio fertur inquit. proinde instrumenta tactus & gustatus cor prope sita & constituta esse quasi sentiendi instrumenta suapte natura recalcant. Caro enim huiusmodi non est, sed sensuum actio in frigidis uersat, siquidem tactus terram terrenasque, qualitates percipiat. Sed neque hoc recte dici uidebitur quemadmodum neque sane dictum uidebatur odoratum dici ex igne constitutum, quonia si uis tangendi terrae capax est cum illa uis cor propter existat terra erit calida. Nisi respondeas secus multoque aliter gustatum & tactum prope cor locari, quam odoratum & aspectum cerebrum propter, quamquam ferè simili causa odoratus & aspectus collocantur prope cerebrum, quoniam ceterarum partium frigidissimum est, & tactus gustatusque prope cor cum sit reliquarum partium calidissimum, & ideo cor quasi e regione opponitur cerebro, quapropter hoc erit materia caloris, & cor frigoris minime. Ne miseris deinceps cur adiecit contextibus superioribus. In eo ponitur loco in quo cerebrum collocat, ubi quaedam affigit instrumenta sentiendi. Nam una numero est sentiendi anima, quam intus in corde collocat, quapropter instrumenta sentiendi & si haerent cerebro, ab eo tamen initium non trahunt, sed a corde, a quo tres uiae meatusque ad cerebrum usque pertinentes alius a cerebro proficiscens, aspectu terminatur, alius auditu, alius odoratu. Illi autem meatus tactus & gustatus non ad cor per cerebrum deriuant, sed recta uia ad cor usque pertinent. Quae cum disputauerit de sensuum instrumentis, breuiter illico orationem instituit de singulis obiectis sensuum, quomodo quicquid suo sensus instrumento respondeat & quomodo illud afficiat. Hoc enim loco communiter de rebus quae sunt sensibus subiectae non agit. Nam in uniuersum libro de anima disputatum esse de actione cuiuscumque sensus dicit, proinde quae fuisse & generati de sensibus disseruit, breuiter subiunxit, uidelicet quomodo afficitur sensus, & instrumentum sentiendi, & quoniam pacto quodcumque sentiendi instrumentum formas imaginesque rerum recipiat sine materia earum, quae sensibus subiectae sunt. Item asseruit eo loco sensum actu, & id quod sensu percipitur idem esse, atque quid sit unumquodque sensui subiectum, & proprium obiectum suo sensui adiunxit, nunc uero quid quicquid sit, & naturam cuiuscumque declarat, quandoquidem naturam etiam habeant quandam propter eam quae referuntur ad sensum, & sub eodem cadunt. Contra itaque de obiectis sensuum, quonia ab eis percipiuntur, tractatum est in commentariis de anima, sine

Alex. Aphro. de sen. C ii

Ex hoc loco videbis nos recte per hoc libro αίσθησις γίγνεται Latine nos dixisse istum, quae dicit Alex. organa tactus etc.

Hoc quoque loco cohecticia uocat organa instrumenta sentiendi Alexader.

Diaphanum dicunt.

3. rñforiū.

Tex. n.

Com. 12.

## DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

gillatim uero nūc dicendum est, de quocūq; quæ utpote sit propria eorum natura, & quo inter se discrepant modo, & qua quæq; ratiōe ad suum sensum referatur, quoniā nō uno sensu omnia obiecta percipiuntur. Dicendum esse itidē de tactu subiunxit, ubi tactum scripsit pro re quæ attingi atrectariq; pōt. Hæc enī sensui subiecta est, & eius dicit obiectum, sed tactus appellat sensus, quā cū sese recipiat facturum, ordiri à coloribus censet quæ aspectu comprehenduntur. Illud porro primū monet quodcūq; obiectum dupliciter dici, alterum actu, alterū potētia, quæ sanè diuisio libro supra memorato explicata est diligenter. Quā itaq; actu sensu percipi pōt quodāmodo sensui actu idem est, & quodāmodo differt. Expressit etiam obiectū sensus actu, & sensum actu idem esse, sed rōne distare, quandoquidē alia sit sensus actu rō, & alia obiecti actu. Hoc aut opusculo huius loco idem dixit, sed quomō actu color & sonitus. Nō enī color actu aspectui actu idē est. idētidem de sonitu dicas uelim & auditu, quoniam hæc subsistere possunt & nō uideri, neq; audiri: uerum quæ rōne sensui subiecta sunt ad sensum referant necesse est, neq; dici sensui subiecta queunt, nisi ad sensum referant. Interpretor itaq; hæc uerba Aristotelis, Sed quomō color actu, idest aliquo mō color actu & sonitus actu iidem sunt aspectui, & auditui, aliter idest alteri actu, & quo differant conclusum est libro supra memorato, quā quidem patefecit his uerbis actu & sonitus idem sit, uel differat à sensibus. His enim opponunt obiecta actu. Persequetur quid color, quid sonitus quid quæq; sit cæterorum obiectōrū, quæ potestate percipi possunt à sensibus. In extremis cōtextus quando dicit, Nunc uero quomodo suum quicq; feriat sensum, & agat per se quæmur: planè significauit si aliud membrum diuisionis tractaturū quid sit, uidelicet illud subiectū sensibus potestate.

### SECTIO SECUNDA PERCIPIENDIS SCRIPTIS ARISTOTELIS DE ANIMA PEROPPORTUNA. LVCILLO PHILALTHEO INTERPRETE.

Tex. 13.



**N**ON secus lumen, quàm in cōmentarijs de anima fecimus hoc loco definiemus esse colorem quendam perspicui aduentitiū. Cum enim in ipso perspicuo igneum quidpiā inerit, huius sane præsentia lumen appellatur, & tenebræ dicuntur eius priuatio. Perspicuū appellamus quā nec aeri, nec aquæ, nec cuius cæterorum hoc mō corporū propriū

est, sed quædā existit natura, & uis cōmunis, quæ non potest à corporibus separari, imo in memoratis corporibus, atq; in alijs insidet, quāq; aliquibus sui copiā maiore exhibeat, quibusdā uero minore.

Nos ea quæ de lumine in cōmentarijs de anima scripsit, memoria repetere Philosophus monet, in quibus lumen quædam esse perspicui colorem aduentitiū definiuit, idemq; declarauit quædam actum esse pellucidi quæ rōne pellucens est. Adiecit esse actū perspicui non simpliciter, sed aduentitium. quia nō afficit perspicuū lumine, sed illuminatur uarie, quatenus erit situm, & p̄sens ei illud quod illuminat, & interdum non illuminatur. Quare lumen non ita esse proprium perspicui colorem dixerim, quæadmodum color est eorum corporū, quæ colorantur. Nam hæc color afficit sic, ut in his insit proprius. At lumen secus in pellucido inest. Proinde his uerbis apertius exponit quā uult. Cum enim in ipso perspicuo igneum quidpiam inerit, quando ergo inerit quod erit p̄sens ei, id erit color aduentitius. Quo p̄inde mō, quouē situ collocetur igneum in ipso pellucido, adiecit. Huius enim præsentia est lumē & absentia sunt tenebræ. Quo præterea modo lumen dicitur color perspicui aduentitius, ut sciamus ad ea nos remittit, quæ copiose libris de anima disputaui, in quibus lumen statuit, & expressit colorem esse perspicui, cui definitioni cum nihil hoc loco repugnans asserat, consentaneum est, ut quæ disputata & tractata sunt in illis libris diligēter, rata firmaq; habeantur. Addit quod uocat perspicuū. Illud sanè, quod nec aeri, nec aquæ propriū est. Sed ne temere uideat nos ad eorum reuocasse memoriā, quæ aliās de lumine differuit, merito de coloribus dicturus lumen posuit esse colorem, qui maxime, & primus est, quiq; in pellucido collocatus causa sit, ut cætera alia omnia uideantur, & cernantur, quibus uerbis indicat, atq; sancit naturam perspicui huiusmodi esse, ut coloris particeps uideat. Cum itaq; lumen esse colorem perspicui patefecerit, reliquū quæ sit natura perspicui capax coloris explicat. Itē docet in quibus illa natura inueniat, & quomodo pellucida corpora inter se differant, Addit quid intersit inter corpora colorata, & ea, quæ collucet, siquidem proprium illa colorem, qui constitutus sit in extrema eorū parte agnoscūt, at secus pellucens corpus se habet, cum nec lumē intrinsecus proprium nec in superficie corporis habeat. Inquit porrò quod dicere solemus perspicuum nec aeri, nec aquæ quibus adest color aduentitius, proprium est. Quid dico nec aeri, nec aquæ proprium? imo nec cæterorum corporum huiusmodi peculiare est. Sunt enim certi lapides perspicui, in quibus nulla inest perspicuitas tanquā propria,

pria, sed cōmunis quēdam natura, ac vis est, quæ à corporibus auelli, neq; sola, quēadmodum nec quęuis alia per seipsam subsistere potest: quinetiā in his corporibus ueluti aere, aqua, & his de quibus enunciatum perspicuum insidet. Verū tamen in quibus inhæret corporibus, in aliis copiosior est, in aliis uero non ita uberius, quod quidem ea de causa euenit, quoniā omnia corpora suapte natura aliquid potestatis habent. Quæ ubi tanquā recepta posuit, id est perspicuitatem esse quandam naturā, & uim, quę in omnibus corporibus, quāq; in aliis magis, in aliis minus inuenit, assumit quācūq; corpus qua corpus termino, & quodā extremo circūscribi, quādoquidem, iam pridem imensum infinitumq; corpus rectū, & penè omnino explosum sit. Hoc autem extremū superficies appellatur. Quapropter colorem cum superficie, tum etiam perspicui terminum, esse declarabit, uerū illū huius perspicui terminū ne putes uelim sic esse, ut à superficie diuisus separatusq; sit, hoc mō corporis terminus, imo unā cum superficie in qua inest perspicuum terminat. Quemadmodū perspicuitas, & corpus quodam inter se uinculo continentur, ut unum ab altero seiungi nequeat, imo corpus est pellucidum, & ppter perspicuitatem ad capescendos colores euadit idoneum atq; appetissimū, ita de terminis utriusq; obsecro iudices. Extremum enim corporis statuimus superficiem coloratam, quæ corpus terminat, ut corpus est, sed eiusdem tanquā perspicui color, terminus dicitur qui superficie est qualitas. Proinde qua superficie terminat corpus dici solet, qua uero exalbescit, uel cādida fit superficies, corpus idē albū appellatur. Idq; non imerito, quoniam perspicuitas est quædam natura in corporibus sita colorum particeps. Vt enim corpora alia magis uel minus recalēt, aut frigent, aut humectē naturæ sunt, aut plus minusue raritatis aut densitatis habent, quā sanè uires à corporibus nō separātur, ita corpora plus, uel minus perspicuitatis capiunt. Quēadmodum enim omnibus rebus, quibus insitum est, ut in alio fundentur, & insideant quādam subest materia & subiectum, quod habilitatem habet quādam, qua formari figurariq; ab illis rebus possit. Etenim leuitati & grauitati, atq; amplitudini & paruitati coloriq; & frigori, ac p̄similibus rebus quædam quemadmodum subiecta est materia, ita sanè coloribus, & his qui in eodem genere contrarii sunt subiectum quoddā traditur. Hi. n. suapte natura in alio collocātur. Perspicuitas autem in corporibus figitur. Corpora uero qua ratione perspicua uidentur, colorem recipiunt & possident, quoniā singula eiusmodi corpora colorū receptacula dicuntur, quamq; natura perspicuitatis non eque omnibus impertita sit corporibus,

sed in aliquibus inest uberius, in aliquibus autē multo parcius. Pellucida p̄terea corpora alia nullum terminum proprium agnoscunt, alia autem suo termino concluduntur, è quorum uarietate omnis colorum, qui in illis inhærent orta nataq; uidetur differentia. Et quamq; id cōmune singulis corporibus asseratur, ut perspicuitatis naturam non æque tamē, sed quēadmodum diximus alia copiosius, alia multo minus habeāt, at quędam tamen sunt p̄cipua, quæ sola uelut specula perspicua esse usus cōsuetudoq; admisit, & recepit. Etenim perspicuum idcirco appellatur, quoniam luce p̄sente per illud aspectus in rem cernādā coniciit. Sunt porro p̄prie perspicua corpora quibus lumen adest tanquā color. Quēadmodum enim supra dixi solitum est ea uocari perspicua, quę illustrantur lumēq; recipiunt sic, ut per ea trāseat obtutus oculorum ad ea quę aspiciunt. Quocirca eiusmodi corpora i causa sunt, ut cætera corpora pateant, & uideant à nobis. Colores enim ob pellucidum cernunt, qui uim ciendi afficiēdiq; perspicua habent. Quæ sunt pellucida sine termino proprio, quoniam nullum intimum colorem habent lumen recipiūt. Quēadmodum enim alio, & non suo terminant fine, hocq; incerto, ita colores aliunde sumunt quibus cætera uidentur. Et ne longius abeat oratio, hæc sunt proprie perspicua. Nam haud omnia quę collucēt (ut diximus) eodem modo perspicua dici debent, sed quędam plus perspicuitatis capiūt, quædam uero minus. Quæ appellauimus perspicua termino proprio carētia, quā nihil terræ soliditatisq; retinent, quod etiam ubiq; suę altitudinis usq; ad imam partem collucent uerius, multoq; accommodatius perspicua nominantur, reliqua autem, quæ definito certoq; circūscribuntur termino, p̄pterea quod nō nihil terræ capiunt, postremū inter perspicua locū habent. Copia enim maior minorq; ex quadam contrariorum interse ad mixtionem & tēperationem oriuntur. Primas itaq; inter perspicua illud aspectabile perq; lucēs corpus obtinet, quod cum cerni pōt: tum etiam cur cætera uideātur causa est. Hmōi corpus est, cui insita germanaq; cætera illustrandi uis est, quo i genere sunt corpus diuinum, & ignis, reliqua uero uicinitate distantiaq; ac affinitate maiore uel minore, cum cælo & igne contracta plus & minus capiunt perspicuitatis. Aer enim quod igni finitimus, quī cum quædam etiam illi cognatio intercedit, repēte lumine cōpletur, huic succedit aqua, postremo tellus, quapropter terra ultimum iter perspicua locum sortita est. Et me quidem hercule oīa corpora ex terra composita si perspicua uidebūtur alicui, is nimirum, eadem reperiet plus aque habere quā terræ, & quia hæc aquæ cōmixta est in illis corporibus huiusmodi

pellucida postremum habet (ut dixi) locum. Aer quod igni uicinus propeq; familiaris est, idcirco lumine celeriter refertur & imbuitur. Aqua quoniam ignis esca pabulumq; dicitur, quod quidem ex succensis lignis ubi humor ignescit, & ardet cōprobatur, lumine illustrat facile. Quocirca ligna accenduntur, & uruntur ob humorem in illis insitum, imo fumus huiusmodi est, q̄ exhalat ob humorem. Ac ut uere dicam fumus est ille humor, qui conuertitur in uaporem. Terra autem propterea quod à cœlo, & ab igne longissime abest, idcirco nō collucet, uel ultimum habet locum inter perspicua. quapropter iter ea solet terra, idq; merito, numerari, quæ lumine priuatur. Lumē enim nō penetrat per eius altitudinem, quæ ubi cum alio miscetur illud ipsum opacat, & subobscurat, atq; eidem aditum luminis p̄cludit. Quod primum ex eo patefactū ducimus, quod ubi fumus cœlū opleuerit, hoc nostrū, quoniā multū terræ complectitur istud ipsum obscurare uidetur. Deinde flāma, quod nō nihil terræ secum admixtum habet, quandoquidem illa sit quidam fumus succensus, terras opacare uidetur. Quid de flāma dico? nihil eo euidentius exemplo est, quoniam regio aeris puluerulenta obscuratur, quæ ubi primum puluere leuata purgataq; erit, p̄spicua iterum, ut prius cernitur. Restat ut ad ea p̄spicua nostra p̄ficiscatur oratio, quæ ubi poliuntur limanturq; uelut cornu, & integumentum testudinis collucet, idq; propterea quod magna est illis aquæ copia cū mollia sint. Redeat oratio ad id qd̄ uolumus decernere. Ea censemur maxime perspicua, quæ cū illum recipiunt colorē qui maxime cerni potest, quiq; lumē esse fertur, tum etiam suæ altitudinis nusquā opacatur aliquid, quoniam uacant termino, ideo reliquorum corporum colores per ea p̄cipiuntur aspectu. Et quoniam huiusmodi interminata p̄spicua humectæ sunt naturæ, terminoq; uacant proprio, neq; sistere retineretie possunt quicquid exceperint, colore non afficiuntur, ob id neq; semper colorem tuentur, imo illius recessu corporis, cui natura duce inatum est cetera illuminare, tenebris circumfunduntur. Quod si colorē susceptum retinere possent, nimirum semper lucerēt. Quinetiam ut lumen alios colores idētidem agnoscunt, & mutantur ab eisdem ob quandam cognationem, quæ inter colores & lumen intercedit. Reliqua corpora, quæ terræ maiore quadam copia redundant, haud quaquam eiusmodi pellucet, neq; similiter lumē recipiunt sic, ut per ea oculi in res cernendas coniciantur. Et quamq; lumen non sit his corporibus proprius color, at proprio tamen obtinet, quoniam cum solida sint, & tueri eum colorem possint, quem ex admixtione perspicuorum corporū exceperunt: hunc ip-

sum proprium agnoscunt, is tamē non cerneret, nisi lumen p̄sens esset, quod maxime proprie cerni potest. Hoc autem lumen nō apprehendunt tanquā colorem. Verūtamē eo colorantur, quo perspicuitatem habent. Quæ. n. cūq; magis perspicua sunt, colorem etiam eiusmodi complectuntur, qui sit luci luminisq; cognatior & uicinior, cum p̄cipue comprehendant retineantq; secum admixtam coloris causam. Corpora itaq; perspicuis proprie uicina sunt ea, quæ exalbescunt & candida uidentur, propterea quod quæ colorem retinent eum, qui magis in aspectum cadit, hæc nimirum magis perspicua sunt. Sed atra quia claritate quadam & luce orbantur uelut tenebræ sunt, quæ recessu illius oriuntur, quod suapte natura proptū est cetera illuminare. Restet ergo perspicuitatem in corporibus inesse, & eam esse eiusmodi colorum naturam.

*Ut ergo quodam termino corpora redimita, ita ipsum perspicuum esse necesse est.* Cōtex. 14

Posteaquā in perspicuo lumē locauit, qd̄ eiusdem asseruit colorem esse aduētitiū: Perspicuū enim naturæ colorum particeps est, & eidem nō modo domicilium, sed etiam tanquā subiectū tribuitur: nunc æque decernit perspicuo terminū, ut corpori. Numero enim uterq; & perspicui, & corporis terminus idē est. Quæ enim eadem numero sunt, eorū termini, uel fines iidem existunt, quāquā ratione dissentiant, quoniā neq; hoc modo perspicuum, & corpus cōsentiunt. Nā corpus unum magis corpus nō est quā alterum, cōtra p̄spicuum alterum altero magis. Superficies igitur corporis ut sanē corporis terminus est, color autē perspicui limes dicitur qua pellucet. Colorata porro corpora ob sua extrema spectantur, quare color terminus est perspicui. Cernuntur enim propter suum colorē, qui nō est omnino perspicui limes, quoniam ea perspicua, quorum hmoi color terminus asseritur non sunt perspicua ubiq; altitudinis suæ cum solum in hoc genere collocentur quæ uocantur p̄spicui interminata & proprio carentia termino. Com. 14

*Quamobrem natura luminis in eo reponitur perspicuo, quod termino uacat. Et cum cuiq; comperitum sit perspicui corporis quēdam terminum esse, reliquum uidelicet hunc ipsum terminū esse colorē ex his q̄ eueniūt cōprobabit. Color proinde uel terminus est, uel collocat̄ i termino. Pythagorei idcirco superficiem nominari colorem uoluerunt, Ego uero statuerim colorem fundatum esse in ipso corporis limite, sed terminum eius* Cōtex. 15

*¶ meteo. aliter de flāma. hæc est spiritus sic ardor.*

haudquaquam assererem.

Com. 15.

His uerbis cum primū interminatū perspicuū illud affirmet, quod & humectæ est naturæ, & proprio non clauditur termino, à quo planè distinctum esse solidum corpus uoluit, deinde quod iter colorem, & lumē, atque inter perspicua lucis & coloris receptacula & domicilia interfit, cōmōstrat. Nam lumen hæret perspicuo, quā propriū nullū agnoscit terminum. Quēadmodū enim hæc corpora terminum proprium respuunt, & finiunt & terminantur alieno, ita colorem nullum peculiare habent, color in quā terminus est corporis qua ratione est particeps perspicuitatis & coloris, & uideri potest, at prædicta perspicua nullum retinet proprium terminum. Quæ uero sunt corpora solida & perspicua, ut talia corpora sunt, necesse est certo & definito termino cōcludi. Et cum terminus corporis qui superficies dicebatur, & terminus perspicui, qui color proxime dictus est subiecto cōueniant, hæc confirmat ab euentis, quoniā color aut in termino corporis collocatur, aut terminus eius dici debet. Et quia non suo iudicio stādum eē dūtaxat uult, Pythagoreos testes adducit, qui colorem superficiem sunt arbitrati. Verū opinionem horū corrigens colorem non superficiem, nec terminū corporis, sed in termino corporis inesse cōcludit. Et color, qui est qualitas iure non est terminus corporis, sed superficies quā quāta est, & moles quædam larga atque longa, & pīnde corporis quāti merito est terminus. Quinetiā omne corpus superficiē habet, neque sine hac unquam constitui corpus potest, & tamen non omne corpus coloratur. Præterea neque fateri urgemur, quod si una sit corporis superficies, ut unus numero dicitur eē color, quoniam in una superficie numero contrarii colores possunt reponi, neque si color est unus numero, necesse est, ut una numero sit superficies, quoniam color non est corporis terminus, nisi qua ratione pellucet. Proinde persequitur ostēdendo perspicuū esse colorū receptaculum.

Cōtex. 16.

Verūtamen hanc perspicuitatis naturam non tam extrinsecus colorari quā intrinsecus censeamus oportet. Videntur enim aer, & aqua duce splendore colorari. Et aer & mare propterea non eundem colorem referunt his, qui prope, & qui procul cernunt, quod sunt perspicua interminata. Reliqua uero corpora solida, nisi interiectum spatium aeris cōtinentis mutetur certā coloris uisionē reddunt & faciunt. Cōpertum itaque habemus tam interminata perspicua, quā terminata esse colorum receptacula. Perspicuitas itaque causa iccirco est, ut omnia corpora colore prædita uideantur, quia in

corporibus inest, & in quibusdā copiosius, in quibusdam uero parcius. Et quoniā iam colorem constituimus in quodā termino, certe in nullo melius collocari potest, quā in limite perspicui. Quamobrem definite licet colorem esse terminū perspicui terminati. Quinetiā perspicui uacantis termino, uelut aquæ cæterorumque cum eiusmodi, tum eorum etiā in quibus color proprius inest demumque omnium similiter extremam obsidet partem.

Com. 16.

Cum sibi propositū sit indicare, ac patefacere colorem non esse corporis terminū, nisi qua ratione perspicuum est, cōmōstrat primum perspicua corpora qua ratione collucēt, coloris esse receptacula. Dicit itaque ea natura, quæ cum in solidis, tum etiam in omnibus cōpositis corporibus inest cū extrinsecus colorentur oportet, ut existimef esse receptaculum quoddā coloris, quo in numero etiam aer & aqua collocantur, quod quidē probat quā perspicuū est coloris capax. Hæc autē extrinsecus colorari protulit, quia ab aliquo externo illuminantur, & colorantur, quippe quæ non habent proprium colorem. Quæ autē ex his cōstant atque proprium colorem retinet, intrinsecus perspicua sunt, quia ex aqua, & aere cōstant quæ facillime perlucet. Quinetiā motus est in causa, ut colorata uideantur hæc elementa uidelicet quādo splendor reflectitur in aere uel in aqua ab arboribus & floribus, quo tēpore uidentur etiā colorari, aut splendorem intelligit lumē quod cum ab illis corporibus recipitur aliquo modo eorum color esse existimatur. Hæc igitur natura in corporibus solidis collocata recipit colores. Deinde quid inter perspicua carentia terminis quæ asseruit extrinsecus illuminari, & ea quæ appellauimus terminata interfit, perpulchre subiungit. Nam illorū color & splendor, propterea quod uacant terminis, nec coloribus afficiuntur, non idem his apparet, qui prope, & qui procul cernunt. Ut enim situs erit earum rerum, quas intuemur per hæc pellucida utque erit interuallum aut cōtactum, aut deductum, ita aliter atque aliter apparebit color, quoniā ea perspicua ut diximus non afficiuntur colore, sed ab eodem aliquomodo mutata in causa sunt, ut quæ aspiciuntur ita uideantur nobis. Sed contra se habere corpora solida tradit, quoniam eorum color idem his apparet qui non longe, quā qui longe absunt, modo interiectum spatium tātum sit, quātum oculorum acies requirit. Nā in his solidis perspicuis inest, neque aduenit uel solū præsens est color quo ipsa cernuntur, & non alia per ea. Verū quæ proprium colorem & soliditatē habent, alium atque alium colorem sæpe ut de collo colūbæ fertur habere existimatur, propterea quod cōtinentis uel cras-

DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

sius, uel tenuius magis, uel minus illuminatur à lumine, quod qdem ob id fit, quoniã uariis est situs luminis, uariaq; est admixtio rerum quæ p' spicue sunt. Quocirca ut tuta securaq; sit sua sententia, annectit illud. Nisi iteriectũ spatiũ aeris cõtinens mutetur, certam coloris uisionẽ reddũt, & faciunt. Dixit Solida, quoniam horum etiã color afficitur mutaturq; à cõtinente quando hoc feruet, uel frigidum magis est, uel oĩno eiusmodi fuerit, ut coloratũ corpus ab eo affici atq; mutari possit. Vbi ergo quid inter colores perspicui interminati, & terminati intersit exposuit, & causam attulit. Prouiderat. n. hoc sibi fore ut ille atq; peropportunum ad deterrẽdũ eos ab ea opinione, qui solũ perspicua interminata perspicua eẽ, & ea minime, quæ suo clauduntur termino, opinarentur: deinceps annectit perspicuum eẽ naturam perspicuitatis tã perspicuis quæ suis coercẽtur, & cõtinẽtur finibus, quã quæ nullum p'priũ tuẽtur terminũ, & extrinsecus colorantẽ cõem coloris esse receptaculũ. Nõ secus igit color inest in corporibus, quã p'pterea quod perspicuitatẽ habent. Addit etiam eã antedictã perspicuitatis naturam: in quibusdã corporibus inesse copiosius, in quibusdam uero parcius, qm̃ in termino corporis collocatur color, & nõ (quẽadmodum Pythagorei iudicarunt) intus in corpore inest. Verũ colorẽ in termino corporis reponi tãquã euidẽs & notũ sumit. Corpora enim per suas extremitates in aspectum cadunt. Nihil enim cernitur, nisi aderit color. Quæ uero perspicua sunt suis redimita & circũdata finibus, per hos ipsos cernũtur, itaq; color terminus finisq; cuiusuis p'piciui terminati est. Quæ enim usq; ad imum altitudinis collucent potestate colorem dicerẽtur hãre, quem admodum etiã in sensum cernendi cadunt potestate. Vt enim sub aspectũ possunt cadere, ita etiã coloratũ. Nã omne corpus suapte natura aspectabile est, quãq; natura illius, neq; rõ eius in hoc uersetur. ubi ergo naturam perspicuitatis posuit, cõmunem omnibus corporibus, & lumen distinxit à colore cum nec idẽ illi sit, neq; ratio unius coharet cum alterius rõne, quia perspicua sine p'prio termino non afficiuntur colore. addit cõfirmas colorẽ eẽ terminũ, qm̃ tã p'piciui, cui nullus certus e terminus, & lumẽ adest tãq; color, quã p'piciui, cui peculiaris terminus & color tribuitur extremam partem obsidet, & nullum est corpus aspectabile, quod non per extrema sua quæ foris patent aspiciat, cernatur, uideatur. Hęc deniq; cũ tractauerit & dilucide dixerit, persequitur continuo his uerbis cur colores corporũ differant.

bo, & atro afficiatur. Quare ut lumen & tenebræ in aere insunt, ita in corporibus album & nigrum collocantur.

Hęc sanè hoc loco dicit. Cum lumẽ interminatis perspicuis adest eorum quodãmodo est color. Nam p'presentia luminis, uel alterius naturæ quæ possit quidpiã illuminare & colorare perspicuum perficitur, quoniã recessu illius tenebrę oriuntur, qsi i ipso pellucido p'nte lumine qdã insitabilitas, q tenebricosum tenebrisq; offundi possit perspicuum. Quẽadmodũ ergo p'presentia eius quod uim illuminandi habet color inest in illis sæpe memoratis perspicuis, quę termino uacat proprio, ita color p'prie perspicuo terminato se habet. Nam in his pellucidis quẽdã clara igneaq; natura inest, à qua ipsa perspicua colorari queũt, & quãquam cerni possint & certum fixumq; colorem habeant, tamẽ magis ac magis colorantur, idq; non imerito, quoniã retinent in se causam p'ductricem coloris, quo in genere sunt alba. Nix enim maxime pellucet, & ceteris cãdidior est, quoniam plurimam aeris habet, & ex aqua etiã constat, quæ sanè duo elementa sunt maxime perspicua, atq; oritur ex motu & offuscatione aeris quãdoquidem teritur & collidit aere moto. Hic enĩ motus niuem exalbescere facit, & spumei coloris est causa, p'pterea quod cõstringẽs niuem subsidio nebulae frigide, & concalesciẽs suapte ui crassiorẽ & densiorẽ efficit, quæ demũ à frigore densatur externo. Cõtra autem ea se habent, quæ uel colorem albũ non habent, uel perexiguũ. Hęc autem nigra atraq; sunt, & colore ita priuari uidentur, ut ea perspicua quæ tenebris offundunt absentia luminis, uel illius quod põt illuminare & colorare. Medii porrò colores nascuntur clariiores, uel obscuriores ex maiore mioreq; copia & admixtione albi & nigri secũdum quandã proportionem, qd deiceps pquiret, & tractabit diligẽter. Verũtñ nõ est uerisimile ut intẽtione & remissionẽ idest maiore copia & miore p'piciuitatis differentiam tradat colorũ, sed potius absentia, & p'presentia illius quod suapte natura potest illuminare & colorare. Nisi utroq; modo differentiã colorum afferat. Etenim ob perspicuitatẽ, & ob accessum recessumq; illius quod illuminare põt magis minusq; perspicuũ dicitur. Sed solida pellucida minus magisq; pellucet, ut admixtio est eorum, quę perspicua esse supra diximus.

SECTIO TERTIA INTERPRETE  
LVCILLO PHILALTHÆO.

**D**E reliquis coloribus ac de illorum multiplici ortu sermonem instituamus.

¶ Cum

Cõt. 18.

Restat ergo, ut quẽadmodũ luce p'presente aer illustratur, & abeunte priuatur, ita perspicuũ al-

Cõt. 18.



Com. 18.

Cum corpora solida colluctant cum admixtione, tum etiam eorum praesentia quae suapte natura illuminare possunt, cum lumine perspicui interminati album, cumque tenebris nigrum terminati perspicui supra contulit, deinceps ortum colorum quo scilicet modo albus & niger fiat quaerit. Et quoniam oriri videntur ex mutua admixtione contrariorum modos exponit, quibus varii colores ex coagmentatione albi & nigri prodeunt.

Cotex. 19.

Oriuntur porro reliqui colores si albus aterque sese ita mutuo temperarint, ut uterque ob angustiam et paruitatem cerni nequeat, et ille qui ex his concretus est aspectu percipi possit. Hic enim neque albus neque niger effici potest. Verum cum ille in aliquo genere coloris ponendus sit, et neuter illorum diceatur, itaque necesse est, ut sit admixtus color, et quaedam species diuersa ab utroque. Hinc proinde existimare licet plures esse colores praeter album et nigrum. Plures inquam proportione. Nam si tres et duo, ac quatuor uel quouis alio numero alii mutuo sese temperarint, multiformes nascentur colores, quidam tamen sublata prorsus mutua proportione, sed summa uel copia uel paucitate ad eum fere modum oriuntur, quo contentus fiunt. Colores enim qui numero totidem in unum concurrunt, quot ipsa nimirum elegans temperatio desiderat, ut in modulationibus uidere licet, gratissimi uelut purpureus et puniceus, et alii id genus pauci reliquorum uidentur, qua etiam de causa pauci sunt contentus, ceteri autem colores sunt ii, qui numero non apte cohaerent. Nisi colloces in numeris omnes colores, alios sane in ordine constitutos, alios autem nulla serie compositos, modo ii puri non sint, qui propterea quod non certo numero coagmentantur eiusmodi oriuntur. Hic itaque modus unus est ortus colorum.

Com. 19.

Quaedam suapte natura effugiunt obtutum oculorum, quae si in unum commisceantur cernuntur. Acinum solum quis, ne Lynceus quidem ex longo interuallo (finge unius miliarii spatium) cernere poterit. Quod si cumulentur acini, cumulum per antedictam intercapedine uidere poterimus. itaque si eodem interiecto spatio aliquid intuemur, et aliquid non cernimus, erunt quidam adeo perexigui colores, ut soli nullo modo sub aspectum nostrum cadere possint. ille tamen color, qui ex illa mutua coagmentatione colorum quos supra diximus prodit & neutri idem est eorum, qui commiscantur, in sensum cernendi cadit. Varii ergo ac multiformes colores perficiuntur ex ea mutua coagmentatione

cum quaedam proportione albi & nigri, quae ob exiguitatem & angustiam cerni nequeunt. Si enim colores extremi aequae pariterque ad temperationem conuenierint, alter emerget color, quae cum aliqui redundabunt & alios excedent, imo multi uariique colores nascuntur secundum proportionem eorum qui redundant. Non enim similiter color orietur quando dupla erit proportio albi, & quando sesquialtera, uel quaeuis alia copia maior. Eadem sane ratio est quando color niger superat. Quidam autem colores nascuntur ex his, quae commiscantur quadam proportione & eaque interse, quidam uero ex maiore copia simplici produnt, & illi suaues & pergrati uidentur, qui cum quadam proportione eorum, quae excedunt oriuntur, qui uero secus mutuo admiscantur, ii persimiles erunt his contentibus, qui nulla mensura, nullaque proportione consentiunt. Nam contentus uarii exaudiuntur secundum proportionem eorum quae excedunt in modulatione. Ea enim proportio quae est duorum ad unum diapason appellari solet & ea quae est trium ad quatuor diatessarion uocatur. Quando proinde ictus sonorum nulla proportione interse consenserint, exaudietur omnino quidam strepitus nec numerosus nec canorus. Itidem illi colores in eadem proportione commiscantur qui dicuntur albi & atrii, & propter exiguitatem non cernuntur, & proportio est trium ad duo, uel quatuor ad duo, uel trium ad quatuor quando mutuo admiscantur & temperantur. Et horum colorum alii proportione seruata prodeunt, alii autem nulla, qui autem ex proportione quadam eorum, quae admiscantur perficiuntur, aspectum delectant, suaues perque iucundi sunt, quo in numero reponuntur purpureus, puniceus & alii id genus, quin etiam quicumque aspectum oblectare maxime solent, reliqui uero qui proportionem continent nullam suauitatem pariunt aspectui. Itaque inquit perpaucos colores esse e quibus aspectus capiat uoluptatem propter eandem causam, quae etiam pauci sunt contentus & cantilenae, quae aures delectent, & bene suauiterque exaudiantur. Nisi (inquit) colloces omnes colores in certis numeris eorum quae admiscantur coagmentanturque mutuo, ex quibus certo numero concurrentibus in unum perficiantur colores, & horum alios ordine constitutos esse affirmes, alios autem inordinatos, & statuas suaues colores ex ea mutua coagmentatione nasci, quae est colorum ordinata recteque disposita, & reliquos inordinatos ex admixtione mutua eorum qui non miscantur inter se quadam serie, neque cum quadam excedentium proportione mutuo temperantur, sed sine ordine coagmentantur. Variis enim decem quinque annectere possumus quae uarietate multiformes nascuntur colores. Reliquum uocat coagmentationes non puras, quae non sunt similes. Merae enim & purae sunt quando unus co-

Alex. Aphro. de sen.

D

lor admiscetur duobus. his contrariæ & nō pu-  
ræ sunt, quādo duo uel tres uni admiscent. Tan-  
dem hūc unum esse modum multitudinis colo-  
rum profert in quo apparet duos colores subie-  
cto esse, & multo plures ratione fieri, quo etiam  
comphendimus quosdam fuisse, qui colores ita  
mutuo temperari tradiderunt, ut multitudo eo-  
rum uidebatur. Videri enim plures colores, sed  
non esse arbitrati sunt.

**Cōte. 20.** Plures quoq; colores hoc modo iudicantur, quā-  
do alter alterum uicissim uideri facit, quod sanè  
interdū pictores faciunt, idq; cum clariore colore  
obscuriorē obducunt & aspergūt, & cupiunt ali-  
quid in aere uel in aqua collocatū uideri. Item ue-  
lut sol qui suapte natura apparet candidus, sed cir-  
cūfuso caligine, uel fumo puniceus uidetur, quare  
hoc etiam modo plures (ut prius diximus) erunt  
colores. Nam his qui in superficie inhaerent quæ-  
dam pportio intercedit cū his, qui in p fundo demer-  
si sunt. Quidā tamē pportionem nullā habent.

**Com. 20.** Posteaquā opinionem eorum narrauit, q affir-  
marunt & coagmentatione albi & nigri cæteros  
uideri colores, secūdam introducit opinionem, q  
solum fatebatur duo genera colorū subsistere, al-  
terum albi, alterū autem nigri, cæteros uero co-  
lores nō subsistere, sed uideri. Hæc opinio ea ad-  
ducebatur coniectura, quoniā si aspectui occur-  
rit albus sæpe per illum uidere uidemur nigrū,  
idq; uicissim, colores porro medios hæc opinio  
tuebatur uideri, horūq; solam uisionem cōsiste-  
re. Quo itaq; modo unus color per alterū uicis-  
sim apparere queat, & phātasiam quā uisum uo-  
camus mutet & cieat, pictorum exēplo explicat, q  
primum lineamēta formant colore clariore, dein  
de extrinsecus circūaspergunt colore obscuriore,  
& secus colorem uideri facit, quā sit, idq; tum  
maxime gerunt, quādo quidpiam in aere, uel in  
aqua uideri uolunt. Quin etiam sol cum cœlum  
hoc nostrum serenum est candidus apparet, sed  
quando oppletū est fumo, aut caligine, puniceus  
uidetur. Color enim qui supra pingitur quādo  
ab eo qui suppositus est differens erit neuter to-  
tus integerq; apparebit, sed alter ab utroq; uide-  
tur. Hic modus alter est multitudinis colorū fm  
proportionem albi & atri colorum, qui uident,  
& in causa sunt, ut reliqui cernantur & uideātur.  
Si enim color, qui in profundo collocatur candi-  
dior fuerit, & ater color insidebit in superficie, ex  
his uisio tertii coloris orietur: si quoq; eq̄ uterq;  
color depictus erit, adhuc alter emerget color, &  
si ecōtra uel quauis alia pportione eorum copie  
uel in profundo, uel in superficie collocabunt cō-

lores antedicti, uaria erit eorū uisio. Hanc demū  
opinionem aliam esse à prædicta perspicuum est,  
quoniā prior coagmentationem eorum colorū  
introduxit, qui ob paruitatem percipi nequeūt,  
hæc uero copulationem quandam inuehit colo-  
rum, quos supra infraq; pictores deliniunt.

*Quemadmodum ueteres colores quosdā deflu-  
xus esse tradiderūt quibus sanè quicq; uideretur,  
absurdum est dicere. Nam tactu singuli sentio-  
antur necesse erit.*

Supra duas numerauit opiniōes, quæ plures  
colores ex admixtione albi, & nigri cōtrariorum  
uideri fatebātur, inter quas iteriecta erat ueterū  
opinio, quæ modū afferebat quo cerneret aspe-  
ctus. Exiit imabant ueteres à rebus cernēdis que-  
dam imagines & idola eisdem persimilia cōtinue  
manare usq; ad aspectum, & hunc ferire, quo de-  
fluxu cernere asserebant animalia. Huius senten-  
tiæ principes extiterūt Democritus & Leucippus,  
qui item addiderunt ex coagmentatione eorum  
colorum, qui præ exiguitate & angustia cerni ne-  
queunt, medios uideri colores. Quinetiam in eā-  
dem opinionem uisus est Empedocles incidisse,  
de quo paulo ante mentio facta est. Quoniā itaq;  
non recte sentiunt neq; in illo cerni modo quicq;  
potest, refellitur opinio, quoniā per tactū aspe-  
ctus perciperet obiecta sua, siquidē corpora illa,  
quæ manant à rebus aspectū feriant oportet, qua  
sententia nihil leuius, nihil absurdus, tamen ab-  
surdum non exp̄ssit, quod quidem esse conicio,  
quia si tactu aspectus cerneret, percipiat calorem,  
humorem gelu reliquaq; contraria percepta sen-  
su tangendi oportet. Aspectus autem nihil eorū  
percipit, sed hoc in loco opinionē confutabimus  
aliis argumentis.

INVECTIVA IN DEMOCRITVM ET  
LEVCIPPVM ET EMPEDOCLEM  
PERPVLCHRA.

**Q**UONIAM fatebantur à rebus cer-  
nendis defluxus pro manare ad aspe-  
ctum usq; si ita concedatur, q fieri po-  
test, ut nō celeriter absumatur res cer-  
nenda, cum ab ea continue auellantur tot corpo-  
ra profluentia ad aspectum? quòd si dixeris loco  
eorum, quæ præcisa exhaustaq; fuerant, alia suc-  
cedunt conglutinaturq; quasi refici restaurariq;  
res aspectabilis uideatur, multis sanè rationibus  
improbabitur resp̄osum. Primum cur res cernē-  
da non semper eo refluxu renouatur, ut eius eq̄  
moles permaneat, & perpetuo cōseruetur? Quæ  
item causa afferri potest, ut ad perscriptam mole  
usq;

usq; augeatur & diminuatur? Deinde nō uideo quomodo tueri similitudinē possint ea, quę auel luntur, & quę iterum loco eorum conglutinātur. Nam opinio tuebatur idola, quę promanarēt ad aspectum persimilia figura & forma cum rebus cernendis esse, qua de causa aspectus colores percipiebat. Pręterea, si cōtinuus est defluxus ab omni parte rei aspectabilis, nimirū q̄ separantē intercludent curriculum his, quę accedunt quominus congregentur, & cum re cernenda copulentur, uel cōtra quę affluūt arcebunt, & propellent q̄ accedunt ad coagmentationē. Quomō item magno uētorum flatu cum ea quę affluūt exilia sint non delentur? Etenim uidemus, cernimusq; flante Borea in eo circulo quod fingunt. Adde interualli quo labuntur & cōfluūt ad aspectum nullus erit aspectus, si qdem tot idola acie oculorum occuparint. Quinetiam quid erit cę, cur clausis palpebris nō cernit, cum subtilissima sint, quę aciem pertingūt oculorum? Clausis. n. palpebris aditus multi, qui in oculo insunt certe patebunt, quod intrare poterunt. Item cur si res aspectabilis iungatur oculo supraq; collocef nihil cernit aspectus, etenim nō minus tum cōcurrunt idola ad aciem oculorū, quam cum aberit ab oculis res cernenda? Cur etiam aspectus lumē desiderat, ut quicq; aspicere ualeat? Accedit, quoniam uel aspectus cernit quādo imagines confluentes ad aspectum ubi peruenerint illic morant, uel quādo retro pedem referunt ad rem cernendam. q̄ si prope oculos cōmorantur, itaq; interuallum & curriculum earum aspectus nō percipiet, si uero tum cernit, quādo eo redeunt, unde fluxerunt, primum longū tempus conteret aspectus in cernendis rebus quę longe absunt, cui cōtrarium animaduersum est. Neque adduci possum quomodo interualli uel aeris defluxus per tingens oculum ab spectu possit percipi quando idolum per idem curriculum ad aciem oculorū traicitur & ingreditur? Primum quomodo tantum aeris aspectus capiet? Etenim quarta est cuiusq; idoli moles, tanta etiam aeris, quę inter rem cernendam & aspectum interiecta est percipiatur oportet. Deinde uim propellendi aerem idola habebunt. Cum pręterea uentus increbrescit pellatur idola, pellatur aer oportet, quoniam iam dudum compertum est uentos aerem interiectum disiecisse, q̄ si idola subtilissima ictus uentorum excipiūt & sustinēt, ut per mediam eorum aciem ad oculos confluāt, quāto magis per aerē penetrabit ad oculū usq;, quid itaq; erit id, quod adęquabit aciei oculorum aerem ingredientē? Quale itē iudicium aspectui dabitur, ut possit discernere molem figuramq;, rei uisę, si partem solum & tantam molem ab idolo accedente cęperit, quāta cō-

tinetur pupilla? Etenim si sæpe multisq; uicibus multa capit & recipit, quomō, & quāobrem aliā atq; aliam idoli partem capit, & nō eandem semp & idoli, & interualli? Quod si semper annectitur quidpiam, quę erit hæc compages in aspectu sic ut theatrum uel templum per eas minutissimas partes, quę ab idolo accedente perficiscentes oculum ingrediūtur, ipsi uidere uideamur. Qui itē illę effigies aliarum rerum, quę feriunt aspectū non peruertent cōtinuationem eius quod prius comprehendebatur ab oculo, si qdem tot totiesq; idola à re uisa ad aspectum ferunt, qui quāta est moles pupillę aliquid ab ipsa re uniuersa semp aliam atq; aliam ab idolo partem recipiet? Neq; uideo item quomodo à lenibus & perpolitibus eius figurę idola imaginesq; capere queat, q̄ ita præcisas habeant eminentias, ut res ipse perpolitę, uel quonam modo à speculis, uel quomodo illę eminentię, eorum quę ferūtur in oculo morantur, cum p̄sertim hæ rerū imagines exiles, p̄q; tenues sint, nec in unum congerantur? Quāobrem item ubi parū recesserit uel amota fuerit res uisa ab eo loco, in quo erat eadem imagines remanēt in aspectu cum his, quę prius inerant? Quod si aspectura dixeris receptis idolis informari paratiorēq; effici ad uidēdum p̄fecto res cerni per idola minime tueri poteris. Perspicuū. n. est aspectum idolo simulacroq; rerum informatum aliquid aliud uidere p̄ter idolū. Quę itaq; & quomō dicēda sint in eos, qui à rebus uisis fluere aliquid, & hoc modo uisa cerni dicunt, iam patefecimus. Verum Aristoteles solum monuit non esse consentaneum, ut quēadmodum ueteres arbitrabantur animalia cernerēt, quoniam supra demōstrauit cernendi sensum effici non posse alicuius rei defluxu. Proinde suam opinionem subiūxit, quā etiā in cōmentariis de aia pbauit dicēdo,

*Quamobrem multo melius iudicari interuallum inter sensum, et id quod cadit sub sensum mutatum afficiendo aspectum, quā tactu, et defluxu cernendi sensum efficere.*

Sensus aspiciendi uisis rebus affectus, quēadmodum obiectis suis quisq; sensus alius, & minime aliquid agendo uel emittendo sentit. Verum afficitur non quia quędam fluant à rebus subiectis sensui, sed quia perspicuū interiectum inter rem uisam, & aspectum actu illuminatū à cernendis rebus idest à coloribus mouetur. Color enim uim ciendi pellucidū habet. Eodem inquā modo actu pellucidū mutatur à coloribus, ut afficitur presentia eius quod illuminare potest cum possit lumē recipere, & illuminari. Perspicuū enim mutatum aliquomodo & affectum actu à rebus uisis speciem effigiemus, ear rerum cōfert ad acie-

Alex. Aphr. de sen. D ii

Cōtex. 22.

Com. 21

oculorum similiter ut accepit, cum nec minus ipsa acies pellucida sit, & cum porrò pupilla effigiè speciemq; rei uisæ à pellucido acceperit, & primo sentienti obtulerit, quia meatus refertus & completus est eiusmodi corpore tum cernit oculus & minime rerum aspectabiliū defluxu, persequet proinde illico absurdum ostendere in quo lapsi sunt, qui cæteros colores ex admixtione albi & nigri qui ob exiguitatem sub aspectum cadere nequeunt proficisci dixerunt, & fluxum uidendi cernendiq; causam esse asseruerunt.

**Cōtex. 23.** Quoniam si magnitudo cuiusq; eorū quæ coagmentantur, mutuoq; temperantur aspectu non percipitur, & que necesse est ut tempus nullo sic comprehendatur sensu.

**Com. 23.** His uerbis inuehitur in eos, qui ex cōiunctione colorum, quos intueri ob paruitatē nequimus reliquos misceri & subsistere natura existimarunt, ac crediderunt defluxu imaginū, quæ à rebus uisis ducerentur animalia cernere, quoniā in illud labūt absurdum ut premanē fateri nō minus tēpus quoddam à sensu in cōprehensibile, quàm corpus & magnitudinē quandam affirmari oportere cum hanc aspectu nō percipi sentiāt. Omnis enim motus tēpore dimetiē, quamobrē confluxus ille, qui à rebus uisis ad aspectum peruenit tempore dimetiatur oportet. quod sanè tempus à nullo sensu percipi necesse est, cuius causam affert.

**Cōte. 24.** Ut nos lateant idolorum motus, & quia simul videntur vnus appareat.

**Com. 24.** Cum celeriter admodum strictimq; cernatur si ita res intuemur, ut nōnulli tradunt: Nam tantum imaginis idoliue oculorum acies capiat, quā tum confluxu imago suo feriendo aspectū huic ingerit necesse est, Quocirca rem uisam tanquā unā semel, & uno ictu uidere uidebimur, oportet ut tales ictus confluxusq; imaginū nos lateāt qm tēpore aguntur quod nullus sensus percipit, quasi non paulatim gradatimq; sed subito cernamus. Qui ergo hoc modo sensum cernendi effici asserunt, tempus sumant nullo sensu perceptū oportet. Proinde conduplicatur absurdum eorum, quod copulatione colorum, qui sensu non apprehenduntur cæteros colores differre arbitrati sunt, si quidem cernendi sensum effici defluxu imaginum à rebus uisis concedant, primum enim absurdū est quod magnitudines nullo sensu perceptas introducunt, scdm autem quoniā tēpus dent à sensu non comprehensum necesse est, Verū tribuit his tanquā proprium & peculiare absurdum illud, tēpus uidelicet non percipi sensu. Etenim cum cre-

diderint colores paulatim coagmentari, & ex hac coagmentatione cæteros differre colores, illud probent oportet, uidelicet multa uisa ut unum uideri, propterea quod à quacūq; re defluxus solitarius & separatim feriens oculum nos latet, & uideatur uisum & id quod cernitur tanquā eius cōprehensio unā semelq; facta sit.

*Sed hoc loco nulla cogit necessitas ut sit quem admodum diximus. Color inquam qui in superficie inhaeret imutabilis cum à supposito colore mutet, nec similiter feriat aspectum alter sane uidebitur, & nec albus, nec ater iudicabitur. Quare si nulla potest subsistere moles quæ obtutū oculorū fugiat, nec vlla inueniatur, quæ non ex certo interualli spatio videat, qui erit eiusmodi colorū admixtio: neq; memorato supra modo quicquā vetat, quin cōmunis quidā his color videatur qui lōge absunt, Cæterum an nulla subsistat magnitudo, quæ aspectu non percipatur, ostea accurate ppendemus.*

Narrat hoc loco eorum opinionem, qui uicissim unum per alterum colorē uideri arbitrabantur, & eorum coagmentationem uideri, haud tamen tanquā subsistere. Colorem enim, qui in superficie collocabatur cum mutaret ab eo, qui subiecitur, asserēbāt uisionem rei uisæ effici diuersam ab utraq; eorūdem colorum quando essent separati. Quocirca ut differebāt colores suppositi, uaria diuersaq; rei uisæ uisio erat. Hanc autem opinionem esse meliorem p̄dicta, quæ misceri colores statuit, his uerbis declarat. Quare si nulla potest subsistere moles, quæ obtutum oculorū fugiat, nec ulla inueniatur, quæ non ex certo interualli spatio uideatur. Hæc certe opinio adiecit colorē nullum esse qui sensu non perciperetur. Verum tempus quod nō comprehenditur à sensu, silentio Aristo. præteriit, quoniam in hoc absurdū illa incidat oportet, quoniam si cōfluxu idolorū quæ à rebus uisis proficiscuntur ad aspectum cernūt animalia, & eo ut dictū est modo tempus detur nullo sensu cognitum necesse est. Vel hæc uerba aliter possumus interpretari, quoniam ubi duas exposuit opiniones, quæ multos uariosq; uideri colores tradiderūt, alteram uidelicet quæ prima fuit & inuexit quandam coagmentationē colorum, quæ haud cerni præ angustia & exiguitate possent, & alteram, quæ unum colorem supra alterū collocauit, deinde quæ formula & p̄scriptio earū quæ cernēdi utraq; statuit opinio colorum admixtionem tueri ualeat patefacit. Prima enim reiecta est quoniam defluxu specierum, & idolorum nihil cernere datum est, quod tamen arbitrabantur ueteres nōnulli. sin autem aspectus erit tactus, Res inquam

inquam intuemur quādo interuallū inter aspectum & rem uisam pellucidum à rebus uisis mutatur & afficitur. Ostēdit porro defluxu aspectū cernere absurdum esse. quoniam qui ita censent magnitudines nullo sensu perceptas concedant oportet, quā etiam tempus nullo sensu comprehensum. Conduplicat itaq; absurdum, siquidem (ut demōstrabit) nulla est moles, nec ullum tempus quæ suapte natura sensu non percipiatur. Omnes enim qui tam leuem opinionē habuerūt, ut cām cernendi defluxum existimarent, in hoc absurdū lapsi sunt, quoniā tempus (ut diximus) nullo sensu perceptum dent necesse est. qui uero (quē admodum ii fuerunt, qui ante Aristotelem philosophati sunt) admixtionem colorum nasci ex mixtura albi & nigri coagmentatione uoluerunt, propterea quod album & nigrum nullo sensu percipi crediderunt, cū magnitudines nullo sensu cognitatas, quod quidem primum est absurdum, tum etiā tempus similiter nullo sensu perceptū, quod est scdm absurdū cōcedant oportet. Si enim paulatim pupilla ex illis defluxibus aliquid capit, & tantum sanè quātum ei concessum est recipere, si quā cernitur uelut unum & continuū cerni debet tempus, quo idola feriunt separatim aspectū & adēnt aciem oculorum, nullo sentiatur sensu oportet; quoniam secus una rei uisæ cōprehensio esse nō uideretur. quāobrem in illa duo absurda sepiissime numerata, & memorata incidunt, quorum neutrum uerum esse demonstrabit. Hęc itaq; absurda non accidere his ostendit, qui cernēdi sensum effici interuallo mutato à quo demum aspectus afficitur dixerunt, in quorum numerū sese libro de anima adoptauit. Hoc itaq; contextu orationis, ut ostendat quod diximus, exemplo eorū utitur, qui colores misceri inter se opinabantur, quoties unus supra alterum collocaretur. Nam inquit, Sed hoc loco nulla cogit necessitas. Hoc loco dixit perinde ac dixerit illa opinio præiudicata libro memorato, quæ cernere animalia interuallo pellucido mutato statuit, nec magnitudinem ullam inuehit nullo sensu perceptam, nec tempus ullum sensu oīno occultum. Causam affert, quoniā nec illi colorata introducūt nullo sensui subiecta, nec tempus affirmant incognitū sensu ut idola ferire aspectum ualeant, qui unum colorem alteri supponūt, sed contēti sunt colore, qui afficiat interuallum interiectū inter eūdem & aspectum usq; ad aciem oculorum. Perspicuum inquam secus affici solet quādo simplex solitariūq; est, quā cum illi aliquid adiunctum subiectumq; fuerit à quo nempe afficitur. Non enim tum uelut simplex, sed tanquā concretum & admixtū, & à se diuersum afficitur ab illa uarietate colorum, quorum unus supra alterū collocatur. Quæ ubi di-

xit illico annectit. Quare si nulla potest subsistere moles, quæ obtutum oculorū fugiat, nec ulla inueniatur, quæ nō ex certo interualli spatio uideatur, nimirum hoc mō erit colorum admixtio, idest si nō erunt magnitudines, quæ nullo capiuntur sensu, quæ sanè erit colorum admixtio uidelicet s̄m coagmētationem colorum, qui nō percipiuntur aspectu? quasi dicat nulla, si non subsistūt magnitudines nullo sensu perceptæ. Scda opinio iā recitata tueri posset admixtionē colorū, propterea quod unus color supra alterū collocatur, & unus alteri uarie admiscetur, & quæ tamen opinio nō inuexit magnitudines nullo aspectu perceptas, quæq; non uetat quin ex coagmētatiōe colorum & copulatione quādam oriatur admixtio & uideatur his, qui eminus aspiciunt. postremo sese ostēsurum recipit nullam esse molem quæ suapte natura non uideatur, neq; ullam cōflari admixtionem posse, quæ constet ex his coloribus, qui sub aspectum cadere nequeant.

Quod si non solum in ea admixtione corporū, quæ cum minima, tum etiā humanis sensibus incerta mutuo coagmentantur, quæ coagmentationis modū quidam decreuerunt ipsi cōquiescimus, sed etiā illam cupimus iam dudum eo in loco, quæ de rerum omnium admixtiōe in uniuersum expediuimus introductam tueri, in qua nimirum singule res sese undiq; ac omnino vicissim cōplectuntur, & pertingunt; iam quomodo colores mutuo permiscent, & qua de causa, cuiq; cōpertum erit. Interea uero nobis monēdū est, propterea nos minime primo duntaxat miscendi modo cōtento sēsse, quod eo quidem solum illa temperatur, quæ in minima uelut homines, equi, aut semina secari possunt. Quis enī ignorat quēndā hominem, uel aliquē equū omnium minimum esse? Quamobrē illam mutuam multorum cōiunctionem malim quāndā eorum multitudinem dici quæ in unū cumulantur, quā aliquam rerum admixtionē. Vnum nāq; hominē unū equo minime admisceri diceremus. Ipsi porro statuamus quæcūq; in minima diuidi nequeunt, hæc non posse proprie cōmisceri, sed ea solum, quæ cum undiq; mutuo temperantur, tum etiā suapte natura maxime cōmisceri solent. At quonā pacto hæc possint inter sese cōmisceri, loco de admixtiōe iam pridem dictū est nobis. Sed ad colores redeamus, quorum temperationē eadem aperte efficit necessitas, quæ etiam alia cōmisceri urget. Et eadem certe causa est, cur plures extent colores, illæ porro

Cōtex. 26.

Com. 26.

Com. 26.

ambæ reijciantur prædictæ, altera quæ est unius supra alterum collocatio, altera uero cõstitutio eorum, quæ mutuo coherent. Neq; enim procul, et prope minime, sed vndiq; unus eorum quæ miscetur color apparet. Iam uero multi extant colores, propterea quod uaria ac multiformi proportione ea cõmiscentur, quibus suapte natura cõparatum est mutuo temperari, quæ sanè partim instar numerorum, partim uero secundũ quẽdam excessum solum copulatur. Reliqua uero eodem modo, ad quem et etiã colores mutuo admiscentur, quos alii ex coniunctione quadam colorum mutua, alii ex quadam descriptione, qua unus supra alterum collocabatur, plures uideri asserebãt. Sed alio dudũ loco de his, quæ miscentur, pertractatum est diligẽter. Restat rationem asserre, cur finitæ, et nõ innumerabiles sint saporum, ac sonorum species. Quid itaque sit color curq; multi habeãtur, iam patefecimus.

Com. 26.

His uerbis nũc quid sentiat, & in quo potius conquiescat. compertum facit. Nam ab his opinionibus, quas supra recensuimus, propterea disfidet, qd̃ ille nõ uere cõmisceri colores, neq; subsistere, sed solũ uideri eorũ admixtionẽ existimãt, at ipse cõtra & eos uere misceri, & à uisis imaginibus, quæ re nullæ sunt ad rem ueritatẽq; colores traducit. Vnde si temperantur ut ueteribus uidebatur secundũ quandam uidelicet eorum cõpagem, aut in unũ collectionẽ, quæ cum minime, tum etiam nobis incerta sunt quod sensu percipi nequeunt, & non quẽadmodum libro de rerum ortu docuit, quando scilicet singules res undiq; sese uicissim cõfundi, & cõplecti, & minime secundum mutuum quendam cumulãdi modum cõmisceri asseruerat, nimirum ea sola mutuo temperari dicenda essent, quæ in minima diuidi possent. Hæc inquã sunt quam similima partium ubiq; è quibus unũ quidpiã numero sumere possumus, quod nequeat secari, qua ratiõẽ illa, quæ permiscantur indiuidua dici debent. Solent enim secundum hanc normã, & percriptionem solida, & ea quæ partes habent dissimiles, ut homines, equi, canes, boues, semina in unũ cõuenire. Non enim horum ullum est, quod non habeat aliquod unũ numero, ac minimum in sua specie, quodq; in similia scindi nequeat. Etenim nec unũ hominem, nec unũ equum, alterum in homines, alterũ uero in equos, nec id genus aliquid cõcidere partiriq; possumus. Quamobrẽ admixtio indiuiduorum secundũ quadam cõstitutionem hac ratione efficeretur. Nã equi canibus & hominibus, ac ordeũ

Homœo-  
mera.

aueng, & milio hoc modo miscent, ubi quadam constitutio fit eorum, quæ plura sunt, & minima restant & permanent. Verum nec equus homini additus, nec unũ tritici granum uni ordeĩ coherent, uere proprieq; admiscetur, sed ea mutuo temperantur, quæ sunt humectæ naturæ, & si se undiq; inter se partes habent, è quibus nullũ minimum excernere ualemus. Hæc inquã misceri cõstitutione eorum mutua, quæ minima sunt, dici non possunt, sed quadam eorum temperatione, quæ sese undiq; cõmutant & confundunt. Hæc inquã uere, & proprie cõmisceri ac mutuo temperari fatemur. Verum quonam pacto aliquid uniuersum queat cõfundi ac misceri in cõmentariis de rerum ortu ac interitu presertim loco de cõmiscendis rebus retulit. Quocirca se in loco de rerum admixtione latius differuisse cõmemorat, quo etiã eandem esse eorum, quæ admiscentur materiam uoluit, idq; esse in causa dixit, ut quod alicui admisceret ab eodem pateretur, & retrorsum uicissim id quod est illi admixtum, ab eodẽ etiam mutaretur, ut mutuo temperari & coherent possint. Quod sanè tum maxime fit, quãdo eorũ, quæ miscentur æquali uis, ac imperio fuerint, uel quando unũ alterum non ita opprimit, ut idem prematur sua prius amissa specie mutari ac conuerti in eius naturã, quin cum pariter cõmeant, & æque forti manu cõgrediuntur sese uicissim remittant, & mediocritatẽ suis pulsis imensis uiribus, quibus pugnam ac discrimẽ inter se pariter sustinebant, ita retineant, ut ex eo conflictu aliam tertiam naturã uel speciem ædidisse uideantur. Cuius rei exẽplum id sanè ipsum subiiciã. Aqua & uinum si ad eum modum sese mutuo temperarint, ut mutuo suas uires remittendo mediocritate subsisterent, ex his profecto quẽdã species, ac natura ab utraq; seorsum separata uel differens orietur. Hęc nepe cũ humida sint, & nullo certo termino circũscripta, nõ cõstitutione quadã, & cõiunctione, sed copulatione ita coherent, ut cõtinua sint, & in unũ prorsus cõcurrãt. Quo sanè nõ aqua per uinũ undiq; penetrat, & uicissim retro uinum per uniuersam aquam cõmeat, & hæc admixtio multo melius uocatur temperatio, & cõplexio. Itidem penè colore permiscentur quãdo scilicet corpora, in quibus inherent, sese undiq; mutuo tranarint, & permiscuerint. Ut itaq; eorũ corporum ceteræ affectiones se habent, ita ipsa colorum contrariorum temperatio, quam item causam esse decernit, cur plures extent colores. Tum enĩ minime plures sunt, quãquã multi uideant, cum unus supra alterum (ut ueteres putauerũt) collocatur & pingitur, uel quãdo ita coherent & colliguntur, ut deuinci, & iungi, sed non permisceri dicatur, cum autem re ipsa inter se miscentur,

multi reuera colores subsistunt. Quod uero ita fit, hac oratiōe perspicuū fecit dicens. Neq; enim procul, & ppe minime, sed undiq; unus eorum, quæ miscēt color apparet. Si enim uarii ac multiformes procul, & fecius multo quā si ppe collocentur, uideri solent, neq; iidem sunt ex aliorū admixtione, neq; ueri sunt colores. Cæterum uarios colores oriri ppterea asserit, quod multiformi proportione permixtio fit. Et quæadmodum nōnulli quando unus supra alterum collocabatur, uel quando ex mutua cohærentia multi uidebantur in quodam uersabatur æquali proportionis cōflictu, & ratiōe, nōnulli uero superabāt, ita se habent ii, qui uere admiscētur mutuo. Nā ut illi sē quādā, uel unius supra alterum collocati, uel cohærentium mutuo habitudinē multi, & dissimiles apparebāt, ita ii quadam eorum, q̄ miscentur cōparatione plures ac uarii extāt. Et enim ob uariam eorum admixtionem quidā nascūtur iucūdiōres, quiq; sensum magis oblectāt, quidā uero minus. Postremo exposita causa cur colorum species in certum ac finitum numerū referantur, & minime innumerabiles sint, itidem de cæteris sensuum obiectis, de saporibus inquā, de strepitu, sonituū, de odore, de tractabili sermone sibi instituēdum esse ducit. Causam cur finitæ & in certum numerum conferantur species obiectōrū hoc ferè modo allaturus est. Quæ enī certis finibus ac terminis cōcluduntur, horū etiā quæ interiacent media numero certa ac definita sunt, sed quæ oriūtur, & gignuntur pro suis finibus contraria habent, quæ sanè inter se plurimū distant. Fines item inter quos intercedit spatium in genere collocantur, cum ergo omnia, quæ sub sensum cadunt pugnantiā atq; contraria sint, terminos etiā ac fines habebunt certos & finitos, qn etiā media itidem, & minime spēs obiectōrum sensus innumerabiles erunt. Quid deniq; sit color (ut ad propositū reuocemur) curq; multi, ac uarii non solum uideantur, uerū etiam subsistāt, dictum est nobis.

SECTIO QVARTA INTERPRETE  
LVCILLO PHILALTHEO.



**V**M abūde in commentariis de anima de sonitu, & uoce disputauerimus.

Huius opusculi initio cum in animo suo haberet de his dicere quæ sub sensum cadunt, & colorum qui cernuntur naturam perorasset, ne sermonem suscipiat nunc de sonitu & uoce hæc cōmentariis de anima tractata uberrime satisq; fateatur, in quibus sonitum docuit eē actum eius, id est aeris qui uim sonitum ædēdi habet. Sonus. n.

dicitur aeris actus, quoniā aer ē quoddam subiectum soni. Sonus iccirco fit cū aer sic, & ab eiusmodi corporibus ictum excipit, à quibus prohibetur ne dissipetur dū fertur, qđ qdem fit quando ictus eius celerior est à terra factus, quam sit eius dissipatio. Vox autem est ictus eius aeris ac spiritus, quem anima cum quadā cogitatione & mēte per pulmones usq; ad arteriam extrinsecus haurit & respirat.

Cicero de natura deorū meli⁹ diffiniuit uocem.  
Cōtex. 28.

Sequitur itaq; de odore & sapore oratio. *Sunt enim ferè eadem affectio, etsi non in eisdē uterq; uersatur. Genus porro saporum nobis euentius est, quā illud odorum cuius rei ratio illa est, quod sensus odorandi in nobis hebetior multo, quā in cæteris animātibus inest. Contra autē tactus omnium sensuum qui in nobis collocatur acutissimus est. Sed non ita in reliquis inest animalibus. Quod sit tactus, itaq; & gustatus in nobis est accerrimus, quando quidem gustatus est quidā tactus.*

Hoc deest i exēplari uerusto.

De odore & sapore, quorū alter ab odoratu, alter uero à gustatu sentiri potest, sermonē suscipere uult. Cur autem de utroq; simul mentionem fecerit, his uerbis affert causam. Sunt enim ferè eadem affectio, & si non in eisdem uterq; uersatur. Eadem inquā affectio esse creditur; ppterea qđ ipsi iam dudum placuit saporem & odorē arido diluto atq; expresso, quod in saporibus percipit ex humido proficisci. Et quāquā ita sit, tamē nō uersantur in eodem, quia sapor in aqua efficitur, & odor potius in aere, qui licet etiam in aq̄ fundi solet. Hæc autem posthac tractabit diligenter. Sed hæc interea animaduerte. Dicit. Sunt enim ferè eadē affectio, idest simili patibilitate ambę q̄litates, odor uidelicet & sapor nascuntur. Verū etsi similes uidentur antedictę qualitates, & pdeant nascanturq; ferè similiter, saporum tamē affectio nobis notior atq; illustrior est, quā illa odoris cuius rei causam adducit. Odoratum enim ipsi habemus cum cæteris nostris humanis sensibus imbecilliores, tum etiā illis belluarū deteriorē. Secus tactus noster, qui & reliquis corporis nostri, & omnibus bestiarum multo antecellit. Quapropter ipsi non æque, ac cætera animātia æstū hie memq; toleramus ac sustinemus, quia hic sensus tanto melior est, quanto magis ab excessu qualitatatum abhorret. Demū quod libro de anima dilucide & aperte etiam dixit gustatum quendam tactum asseuerat.

Com. 28.

Humori inq; cōparatū natura est, ut insipidus sit. Verum ad usum gustādi necesse est, ut humor uel saporum genera contineat, quæ propterea sen

Cōte. 29.

tiri nequeant Empedocle authore, quod per exigua sunt, vel eiusmodi materia censeatur, quæ omnium saporum seminibus grauidata omnes pariat, & fundat ex sese, et ex diuersis partibus sapores, quæ humor est. Vel cū humor aquaue nusq̃ dissimiles partes habet, tum varietas saporum ex causa effetrice ducitur, quā fortasse quispiam solem & calorem esse censeret. Verum horum Empedocles aperte mentitur. Solemus enī animaduertere quādo fructuum cortices circūcidimus, ex ea p̃cipue parte qua apricantur, & sole calefcunt, ob calorē mutari sapores sic, ut ab aqua minime fructus talē saporem cōtraxisse uideantur. Quinetiā diuturnitate quadam cortices cum mutantur & maturefcunt conceptum succum perflant fructus sic, ut qui dulces fuerant in austeros acerbosq̃, ac multi formes sapores cōuertantur. Similiter eorum reprehenditur oratio, qui humorē tanq̃ quoddam seminarium omnium saporum putauerunt. Hoc enim fieri non potest, propterea quod obseruauimus ex eodem quasi è quadā suo partu uarios sapores oriri. Restat ergo, ut aqua permutetur, quia quidpiā patitur. Quod uero neq̃ à calore talem vim, quā saporem uocamus aqua sumat, p̃spicuum est. Aqua enim ceterarū rerum, atq̃ olei, quæ sunt humectē nature tenuissima est, quāquam oleum suo lentore fusius uagetur. Est enim aqua suapte natura dissipabilis, iccirco difficilius est manu cōtinere aquam, quā oleum. Verum cur aqua sola subditis ignibus nihilo plus crassior fiat, alia asserenda ratio est. Sapores enim omnes crassiores sunt, demum calor est concausa.

Com. 29.

Aggreditur primum ad dicendum de sapore. Sumit iccirco aquā humoremūe à ceteris separatam, insipidū esse, nec à gustatu sentiri posse. Idq̃ tanquā p̃spicuum petit. Sed cū in humidis sapor in hæreat, & degustādi sensus ad exercendum munus suū (ut libro de anima docuimus) humore nitatur, quāuis ab omnibus huiusmodi mutationibus differat: iccirco q̃rit quō ille in humido uerletur. Et primum quasdam leues opiniones congregat, quibus reiectis in sua insistit. Vel enim necesse est, ut aqua (quēadmodum Empedocli placuit) omnium saporum genera, idest singulas species permixtas in se intus contineat, quæ ob exiguitatem à sensu percipi nequeant, idest sensum adeo effugiant, ut sparsæ undiq̃ saporis paululū retineat. Et cum à plantis, uel ab his, quæ saporē

habere uidentur hauriūtur & cumulantur, & simul plures inter se similes oriunt̃, tum uel maxime sentiri possunt, & ab aqua differunt, quia in his in hæreat quæ ab aqua intersunt. Quod si degustari sapores nequeunt, huius uitii causa est saporis copia. Vel dicendum fuit humorē actu nullum saporem, idest iam existētem in ipso habere, sed potius esse quādam omnium saporum materiam. Illud porro uerbum notato πανσπερμια, quod significat quoddam seminarium, in quo fusa sunt omnia semina saporum, & minime in una illius parte. Etenim Anaxagoras, qui singula singulis commisceri, ac secerni à quocq̃ singula, & res hoc mō confici tenuit, minime huiusmodi distractionem, & segregationem ab una & eadē parte fieri assentiret. Hic enim secretionem prius ossium, deinde mutua eorūdem coniunctione, & coagulatione ortum eorūdem conflari censuit. Itidem neruos gigni è neruis, & minime ex ossibus asseruit. Similiter hac in re humorē tradidit esse materiam saporum, in qua sapor non è quocūq̃ fortuito, & temere educitur, & gignitur, sed ex suo certo, & definito, quod cum similitudinem quādam & cognationem teneat, quinetiam secundū quādam habilitatem ipsius humoris, qua idem saporibus afficit & informat & expletur, & ita opplet, ut singuli uideantur ex humore proficisci, ita tamē, ut ex quibusdā certis & perscriptis illius partibus exiisse, & in lucem comparuisse iudicetur. Quibus non cōtentus, hæc præterea addit, differentiam uidelicet saporum non aliūde nasci, quā è diuersis aquæ humorisq̃ partibus, quæ uariis modis digeratur, & cōstituantur, propterea quod in liquore, & humore omnium saporum semina inuicē itus sunt, uerū ea semina non eadē in singulis partibus collocant̃. sed mēbratim, & separatim quæq̃ sunt reposita in sua humoris uniuersa parte. Quo fit, ut omnes sapores ex aqua oriatur quāq̃ non quicūq̃ temere ex qualibet parte secernatur & separet̃, quippe nullus uniuersam aquā obsidet, sed quicūq̃ suā partē occupat & obtinet. Fortasse his uerbis, Vel materia eiusmodi censeatur, illam Democriti ineptam sententiā cōplexus est, qui cū atomos rerum omnium elementa arbitrabatur, tum etiā uniuersa & quæq̃ singula eisdem corpusculis referret. Sed ne hanc opinionem cōmemoret, incertum est, satis tamen eē opinor hoc loco monuisse secundam opinionem à prima apertissime dissentire. Nam Empedocles decernit in ipso humore actu quosdā sapores subsistere, anteq̃ ex his alii nascentur. Hæc uero quādam aquæ partium habilitatē describit, qua possint sapores quā facillime recipere. Tertiam adhibet quoq̃ opinionem, quæ fregit illam partium aq̃ dissimilitudinem, illam differentiam, qua superior opinio

Scdæ opinio  
nunc facit  
thores Anaxa  
stratij facies  
mocratum.



opinio ex multis uariisq; partibus aquae diuer-  
 sos saporos fluere dicebat, haec tamē cum illa cō-  
 sentit eādē asseuerans cuiuscūq; saporis mate-  
 riam, & causam eādē quoq; tradit esse saporū,  
 cur uidelicet uarii & multi prodeant. Hanc autē  
 causam fortē quispiam solem aut omnino calo-  
 rem esse censeret, qui quoniam interdū olētia ca-  
 lor magis concoquit, interdū minus ex hac mul-  
 tiplici porrò digestionē, ac uaria saporos uarios in  
 humore nasci diceret. Quae opiniones cum leues  
 futilesq; sint, nec ueri quicquā habeant, eas mira-  
 biliter labefactabit. Empedoclem p̄inde primum  
 refellere aggreditur. Quod si propterea qđ sapo-  
 res sati, ac sparsi sunt in eo succo, & humore, quē  
 cum plantae arboresq; attrahunt, earū fructus &  
 poma capiunt, atq; uarie concipiunt cum in hu-  
 more, quem stirpes combiberāt multi ac dissiles  
 fiant, oporteret illud etiam fateri quando aquam  
 succumq; stirpes & arbores attrahere desisterēt,  
 neq; poma haurire saporos, neq; eisde imbuī, sed  
 eos solum permanere, quos initio aqua recepat,  
 & comparauerat. Sed multo aliter euenire uide-  
 mus, quoniam poma postquā ab arboribus excer-  
 pimus si soli exposuerimus detractis suis tegu-  
 mentis & his, quae tegunt fructus & cōplectun-  
 tur, ut in nucibus & auellanis, ac ceteris id ge-  
 nus sit ob nouum susceptū calorē secus ac prius  
 degustantur. Vel fortē sic intelligēdum esset, qđ  
 sola mutatio tegumētorum, quibus sepiuntur, &  
 tāqua uallo muniuntur fructus facit ut permu-  
 tentur, & alios saporos recipiant, cuius rei illud  
 occurrit indicio, quod circūcisis & amputatis cor-  
 ticibus alios possunt saporos concipere. Vel etiā  
 dixit quando cortices circūcidimus idest quādo  
 à plantis fructus excerpimus, quos propterea ex-  
 cerpimus, quod cortices & iuolucra, qbus inuol-  
 uuntur fructus ab arboribus euellimus, quod  
 ne mirum uideatur, nempe sunt quidā fructus  
 qui dum suis corticibus inuoluti sunt indigesti,  
 & peracerbi uidentur, sed decerpti quanto tēpo-  
 ris spatio durauerint, interea dulcescunt, & degu-  
 stantur. Quo sanē fit, ut succus uariis afficiatur sa-  
 poribus, & minime eos ex aq̄ extrinsecus capiāt,  
 quinetiā humor succusue à frugibus fructibusq;  
 semotus atq; exp̄ssus ut uinum cum ex uua, uel  
 oleum quando ex oliuis exprimitur, multos ac  
 uarios accipit saporos, & mutatiōes fert. His itaq;  
 opinor perspicuum esse saporos non ofici ex aq̄,  
 in qua illi actu sati, atq; seminati sint. Adde mul-  
 tos uariosq; saporos fieri quando ipsi etiam bene  
 digerūtur, & coquūtur, & tamen eo tempore ex  
 humore non extrahūtur. Similiter uinū, & id ge-  
 nus reliqua cum digerūtur, & purgātur uarios,  
 ac multiformes saporos cōphendūt atq; aedūt.  
 Haec contra Empedoclem. Deinceps ad eundem

fermē modum, nec eos, nec eorum argumēta to-  
 lerari inquit posse, qui aquam materiā, & quod-  
 dam oīum saporos seminarium pbauerunt, &  
 è uariis aq̄ partibus differentes saporos oriri di-  
 cebant. Nam aiaduersum est nobis ex eadē aquae  
 copia, ut ex eodem cibo multa & uaria corpora  
 nerui, uidelicet, ossa, carnes, uenae prodeūt, uigēt,  
 sustētatur differentes saporos effluxisse. Etenim  
 non solum arbores quae uicinae sunt ob humorē  
 uelut uitis, olea, ficus, & his quaeq; alia similis ua-  
 rios arripiunt saporos. quin etiam eiusdem plan-  
 te, alter est sapor foliorum, alter uero est corticis,  
 imo corticis sapor, alter est digestae & maturae, &  
 alter est imaturae. Sed quid opus est longioribus  
 hanc opinionem confutare? Est omnino cōmēti-  
 tia, & nihil uerisimile habet: ideo ad tertiam se cō-  
 uertit, quā non omnino leuem sed mācam demō-  
 strabit, quod putabat aquā humorēq; esse saporū  
 materiā, & haecenus superioribus opinionibus  
 assentiebat, à quibus & p̄cipue ab ipsa p̄xime ad-  
 ducta ex eo dissentiebat qđ illius humoris gre-  
 mium nullam differētiam pati duxit, imo sapo-  
 rum ortum, ac uarietatem uoluit quādam susce-  
 pisse causam effectricem quae feruida esset. Hanc  
 quoq; opinionem cōfutat, quod saporos solum à  
 calore in aqua, & succo effici credidit. Aristo. autē  
 quāquā ignem caloremq; ad p̄creandos saporos  
 suam operam adhibere uelit, haud tamē illū om-  
 ni sublato subsidio tot saporos genera p̄duce-  
 re posse intelligit. quod ne temere dixisse uideat  
 hoc prius sumpto probat. Aqua est oīum hume-  
 ctā naturae, & eorum quae facillime tranari pos-  
 sunt tenuissima, iccirco suapte natura solum ni-  
 xa cū efferuescit, & calet, nec plenior, nec crassior  
 fit, quod si solitaria nō hebetior fit, nec itumescit  
 recalens & cōcocta, neq; saporem aliquē excipiet,  
 siquidem nullus sapor extat, qui crassus hebesq;  
 non fit. Et quāquam aqua iter ceteros humores  
 tranari facillime queat, & permeabilis sit, oleum  
 tamē supra illam non tenuitate sed lentore, aut  
 quodam partium eius nexu quasi uisco natatē  
 solet, qua etiā ratione supra extensum & fufum  
 natat, & longe melius, quā instar nauīū permeat.  
 Aqua & humor cōtra dissipabilis est ac cedit qua-  
 cūq; aliquid mouetur, & penetrat, iccirco cum ex-  
 cipit ictum non sustinet, nec cōtinenter unā na-  
 uigii more nauigat, sed plerunq; diffunditur, &  
 dissipatur. Sed ne uideatur ab re monuisse aquā  
 tenuissimam esse, id ipsum nempe nobis suadet,  
 quod cū ipsa solitaria, & à ceteris separata defer-  
 buerit, crassa non uidetur nec permanet. Cum. n.  
 ita tenuis sit (ut diximus) non crassior relinquit,  
 ubi cōcocta fuerit, & deferbuerit. Contra autem  
 oēs saporos sunt crassi. Quāobré hoc unum de-  
 fendamus posteaq; aqua recalens non plenior fit

Alex. Aphr. de sen.

E

DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

à cæteris seiuncta, ac solitaria, neq; calorē esse cām ortus saporum in ea, sed quādam concausam. Postremo his uelut iactis fundamētis ueritatis suā deinceps persequitur sententiam dicens.

Cōte. 30.

Sapor autem quotus quisq; sit, qui fructuum cortices afficiat, hic tellurem itidem mutat. Quocirca veterum plures, qui explicandis rerum naturalium causis se totos dediderūt, humorem vel aquam ex cœnum, per quā humor penetrat eiusdē esse saporis affirmarūt. Quod aquis salis potissimum declaratur, quoniam sal est quēdam telluris species. Quocirca liquores, qui per ipsum salsum cinerem permeant, per amarū saporē reportāt. Quinetiam fontes multi sunt amari, multi acuti, multi tandem saporē multiformes habentes. Nō ergo imerito quæ terra eduntur, varia saporum genera retinent. Nam æque humori natura, ac cæteris quādam ingenuit habilitatē, ut contrarij ictū excipiat quod sanè aridum est. Idcirco ab igne patitur, quādoquidem sicca ignis natura sit, quæ igni calor proprius existat, ex terræ ariditas. Sed de his copiosius dictum est nobis in his cōmentarijs, quæ de elementis elucubrauimus. Illud tamen hoc loco cōmonefacimus nec ignem, nec terrā, nec quicquā aliud suapte simplici solitariaq; natura agere, aut affici posse, nisi contrarijs qualitatibus sibi vicissim ictus inserāt. Quēadmodum itaq; qui solent colores, ex saporibus ipsis liquoribus diluere, ita humorem liquoresq; ut est coloris saporisq; facultas afficiunt: natura ita aridum ex terreum, quæ cum per sicca, ex terrena calore adhibito permeet ex mutet horum humorē paulatim exsiccat. Inde porro sapor emanat, quē definimus esse quādam affectionem in humido, quæ à siccitate memorata proficiscens gustatus facultatē ab ocio ad exercendū munus suū traducat. Nam sentiēdi vim ad illud officiū impellit quo antea fungi poterat.

Com. 30.

His uerbis omnem saporis qualitatem in ipsa terra collocat, quo nobis persuasum esse uult humorem ad procreandos & constituēdos saporē, ex sese non suppetere, sed eos educi ac fundi, propterea quā nō nihil è terra hauriūt. Cuius rei testes quā plurimos ueteres rerū naturalium disputatores adhibet, qui humorem eadem infici qualitate affirmant, quā cœnum per quod transiliuit humor conceperat, quasi palā fateantur, aquam, liquorem, succū, à terra saporē attrahere, atq;

haurire. Sed non contentus testimonio tam p̄claro, & constanti idem confirmat euidētia, & perspicuitate quadam. Salsa enim propterea quod per terram permeant eiusmodi talem saporē edere uidentur, qualē tellus continet. Sal enim est quēdam terræ species. Itaq; humor cū per ea falsa terræ abdita trāsit, eūdem saporē contrahit. Et ne altius sese imergat oratio, huc summa pertinet, ut nulla prorsus sit terræ qualitas, quā non capiat ille humor, cui per aditus, & meatus terræ potestas defluēdi facta est. Quocirca si per uenas bituminis serpsit, & dilapsus fuerit, eiusdem saporē retinebit. Itidē amari sunt aquæ, quoties per amara loca effunduntur, & defluunt. Age porro humor, qui per cinerē permeans instillari solet amarus & peracerbus uidetur. Ex quo illa fontium riuulorumq; uarietas oritur. Alii enim amari, alii acuti sunt, quod terræ loca per quæ exeunt, uarios saporē continent. Sed de fontibus multa à Theophrasto in libro de aqua subtiliter disputata sunt. Sed ad Aristotelē redeamus, qui propterea inquit non imerito esse, ut ea quæ oriuntur è terra plantæ, uidelicet stirpes saporē cōtrahāt, qui succo & liquori sese admiscet, & hoc pabulo aluitur, uigent, adolescunt, nituntur, uirēt, frōdescūt, demum flores, baccas, fruges fundunt. Nam plantæ cum terrā aqua irrigat, & obrutos, mollitos, oblimatos agros tenet, eadem imbibunt unūq; saporē contrahūt, quod quidem nō eo dicit ut uel le uideatur terram suapte simplici, ac solitaria natura sapere. Nullū enim corpus simplex suapte natura sapit & degustatur, sed hæc potius profert, ut quo ad saporē p̄ducēdum primas terræ tribuere uideatur, quā illum utpote quādā admixtione humidi, & sicci à calido orta atq; producta primum affecta excipiat. Nec enim hæc eo scripsisse uidetur, ut sentiat aquā saporē cōtrahere quos iam in effectu, actu, p̄sentes tellus habet. Sin autē eius oratio non cuiuscūq; prorsus saporis ortum complecteretur, sed eorum solum, quos aqua humorq; hauriet. Ac ne dixisse ortum saporum in humore effici à siccitate terræ suo iudicio p̄fusus uideat, hoc etiam testimonium adducit, quoniam cum aqua in ipsam terram inuehit, hancq; suo fluxu lætificat, & conferit qualitatibus aliquot, atq; iam quibusdam saporibus oppletum, cūq; eandē permeat, in hoc cursu, & fluxu suapte natura cogitur, ut quidpiam ab illa patiat, & capiat. Sed ne putes terram solitariam, ac simplicem hoc loco sumi, quidam nempe in ipsis terræ uisceribus inest humor saporē perfusus. At dices quoniam modo, & qua terræ qualitate consentaneum est, ut aqua dilapsa afficiatur. Idcirco hæc uerba fecit. Nam æque humori natura, ac cæteris quādam ingenuit habilitatem, ut contrarij ictum excipiat, quā sanè

Liber de aqua Theophrasti.

Aduertit Mead.

sanè aridū est. Siccitas cum terræ igniq; cōgruat, nihilominus tamē hęc ita terrę cognatissima est, ut igni calor quo eius natura formatur, ac perficitur, quāquā etiam maxime siccus sit, & hac rōne humor ab illo patiat. Terra uero & arida est, & frigida. Ac neq; temere frustra; humorē q̄c̄q; ab igne pati asseruit, quandoq; dem producendis, & gignendis in illo saporibus color præter terrā multum cōferre semper consueuerat. Sed de his rebus se affatim, atq; abunde in cōmētariis de elementis, idest (ut opinor) in libris de ortu & interitu diseruisse testatur, p̄pterea quod in illis multa subtiliter collegit, & diligētē disputauit de natura quatuor corporū quæ sunt peruulgata elementa. Etenim in eo opusculo quomō quicq; corpus simplex formetur & cōficiatur, diligētissime persecutus est terram affirmās plus siccitatis quā frigoris habere. Aquam uero contra frigore magis, quā siccitate redūdare. Aerem autem humore copiosius, quā calore oppleri. Ignem deniq; secus feruore ardoreq; magis, quā siccitate constitutum esse. Nō est ergo mirādū si p̄xime subiecerit pugnantia, & contraria cum mutuo sese lacefcunt cōflictu unum alteri uicissim ictum inferre. Proinde cernimus humorem à sicco cōmutari, & uicissim retrorsum siccū ab humore. Etenim hisce corporibus natura illud inditum est, ut p̄potens eorum uis, & facultas imbecilliolem & lauidam superet, & permutet. Ignis itaq; etsi siccus est, tamē terra eum siccitate uincit. Addit elementa; ignem, aerem, aquā, terrā, suapte natura p̄pterea quod substantiæ sunt nihil agere, neq; pati. Substantiæ enim nihil contrarium est, neq; una alteri cōtraria existit, quæ autem ictum inferūt alicui quæq; patiūtur sunt cōtraria. Adiecit p̄pterea. Nec quicquā aliud suapte simplici; solitaria; natura, idest corpus, quoniam nullum corpus cū sit substantia, & qua corpus agit, & patit, qm̄ hac conditione nihil ei aduersatur, uerum ubi coeperint corpora inter se mutuis cōtrariis naturæ momentis, uel uiribus dissidere, repēte cladē ictus uicissim inferunt, & excipiūt. Nulla enim est uictoria elementis, quæ ex omni parte fausta scelixq; sit. Acriter ergo pugnat aqua cū terra, propterea qđ hec humida est, illa uero maxime arida, habet itē hostem ualidissimum ignē, q̄ cum pugnat his q̄lilitatibus humore, & frigore, quemadmodum ille his telis calore, & ariditate aquam euertere nitit, idq; tum maxime, quod calor uim frigoris peruertere cupit, quādoquidē ignis ardeat, & aq̄ maxime algeat. Exinde cuiq; cupienti mentē Aristotelis quid sentiat, quidq; probet de his quæ agūt, & patiuntur cognoscere facile est, quippe qui primū à Stoicis abhorret, qđ illi corpora suapte natura efficere ac pati uoluerunt. Deinde à Platone

dissentit, qui res incorporeas munera multa obire, agere ac pati censuit. At ipse corpora solū quibusdam tamen fulta contrariis incorporeis facultatibus agere atq; pati statuit. Verum eius sententia multis ambigua uidetur, quia cum ipsius aquæ natura iccirco extet, quia in humore & frigore uersatur, nec quicquā aliud sit, quā humor frigori admixtus. Itidem cum suis cōstet facultatibus ignis, calore uidelicet, & siccitate, quoniam modo aqua igni, ac retrorsum uicissim ignis aquæ non repugnat, & dirum bellum non infert qua corpora sunt? Hanc iccirco dubitationē hoc modo diluam, quoniā etsi memoratis quicq; suis facultatibus formatur, & absoluitur, tamē igneū corpus non est tantū calor & siccitas, nec aq̄ duntaxat humor, & frigus quæ formæ sunt, sed etiā his subiicitur in eisdem corporibus materia, quæ est harum qualitatum receptaculū. Id proinde in causa est ne primo secūdum momenta mouēdi cōtraria sint, idest quēadmodum ignis est omnium leuissimus, ita aqua omnium grauissima. Ceterū oratio redeat unde fluxit. Consentaneū esse dixit, ut humor aquæ ab arido terræ patiat, sed quomodo humor aquæ ariditate in producendis saporibus afficiatur declarat. Quēadmodū qui colorata solent aqua diluere atq; aspergere, quādoquidem eodem colore illa inficiatur quo dilutū præditum est. Ut etiam qui solent sapore prædita diluere aqua, quæ abluit saporem eorum, quæ in aqua collocātur, ita natura aridum & terrenū humore diluit & cum per humorem penetrat ope caloris idem cōtrahit saporē. Vbi profert. Natura ita aridum & terreū deest hoc uerbum diluit, uerum eius sensum facile sequentibus his uerbis cōprehenditur, quæ cum per sicca, & terrena calore adhibito permeet & mutet, idest cōmutet cōcoquat, p̄paret, exsiccat. Nam gustatui gratum reddit. Ortum itaq; saporis cōcludit hoc modo, quādo calor tranans humorē terrene siccitati admixtum permutat & sistit. Cum enim per succū terre atq; humorem penetrat ardor hūc; digerit ac sistit, tum generatur sapor, quē minime actu terra continebat, quēadmodum uidebatur pauloante dicere asserens humorē attrahere quēdam ad se saporem dum per uenas terræ ac cauernas aridas mearet. Quōd si terra cuius ostium ac aditus patet humori iam actu tenuisset, & hac ratione ab eadem aqua permeās abstergeretur, & dilueret, quid opus esset, ut è uaria natura stirpiū, ac plantarum uarieq; affecta, quæ sanè aquam ibibunt, idem sapor gigneretur? quod satis esset, ut si sapor, qui iam terrā actu & in effectū occuparet si miles p̄duceret. Adiunge si ita esset (ut diximus) nulla sibi cum illis esset cōtentio, qui aquā saporum causam, ac materiā esse tradūt. At secus ori-

Alex. Aphro. de sen.

E ii

Cū esset Florē  
riæ scidi in Li  
bros de elntis  
Aristo, quē iter  
pretari cepti, s̄  
qm̄ nec phra  
sis, nec gūitas  
dicēdi erat i il  
lis, ut solet i re  
ligis libris Arist.  
p̄inde eos reli  
qui & neglexi.

untur sapes, quandoquidē ii cōficiantur in aq̄  
quoties calor p̄ meatus terræ ficos, & aridos per  
transit. Sed nostra sententia sapes prodeant ut  
diximus ex admixtiōe caloris & humoris aquei  
in terra. Postremo cum de his finem dicendi fecif  
set, & quomodo quisq; fieret cumulatissime tradi  
disset: eius definitionē in uniuersum hoc modo  
affert. Sapor est humidi affectio à siccitate terræ  
producta, quæ gustandi uim à quiete & ocio  
ad agendum exercendumq; munus suum trans  
ferat. Nam apud Aristotelem sapore mouere gu  
statum ac permutare nihil aliud significat, quam  
eundem traduci ab ocio, à potentia ad actionem,  
uel ad actum, siquidem sapor in effectu actuq;  
uim degustandi afficiat. Quod uero iam faculta  
tem gustandi existentē sapor cieat eo, quo paulo  
ante diximus modo, & ipse minime sit genitor  
eius facultatis, illico his uerbis declarat.

**Cōtex. 31.** *Etenim sentiendi actio non efficitur, quēadmo  
dum disciplina, sed potius, ut cum aliquis adeptus  
quoties libet contemplatur.*

**Com. 31.** *Quasi dicat non oritur potestas sentiēdi, quā  
do suū exercet munus, quēadmodum qui discūt  
à præceptoribus scientiam recēs consequūtur, at  
potius iam facta est potestas sensui aliquid perci  
piendi, qui ocio prope cōgelat donec sapor illum  
excitet ad agendum, ut ei quoq; usu uenire solet,  
qui pridem scientiā didicit, & interdū requiescit  
ab illa, sed in illo situm est sese ab ocio ad eandem  
tractandam traducere. Quæ autē sit facultas sen  
sus, & quomodo ad actionem incitetur, libro de  
anima disputatum est. Sed quo uerba illustriora  
sint hæc, q̄ contextu supra Aristoteles fecit: nam  
sentiendi uim ad illud officium impellit, quo an  
tea fungi poterat: animaduerte sensum hoc esse  
uerborum, impellitur duciturq; uis sentiendi ad  
actionem ab ipso quod percipitur à sensu quod  
sanē illa recipere antea potuit. quibus uerbis sub  
nectit hæc in contextu dicta, ut sciatur, ex qua po  
testate & ex quo ocio traducatur uis sentiēdi ad  
actionem, quia nō modo sapor est affectio, quæ à  
siccitate proficiscēs humorem afficiat: quoniam etiā  
quādo colores diluūtur, aqua coloratur attrahēs  
similem colorem: quinetiam odores liquorem  
succumq; afficiunt, quocirca non ab re adiecit sa  
porem esse propriam affectionem gustatus, quē  
ex potentia & ocio ad actionem, & ad gustādum  
transfert. Quod autem terræ siccitas ad saporem  
producendū requiratur, ex q̄dam earum aquarū  
differentia cognoscitur, quæ instillantur & sapo  
rem ædunt quia cōmiscantur terrenę cuidam sic  
citati. Proinde aquarū alię sunt hieme dulciores,  
ęstate uero longe minus, & autūno minime dul  
ces sunt. Rursum cum spiritus uentorū flauerint*

à summo cœli nr̄i uertice, ex quo Boreas igrūt,  
potatu suauiores sunt, contra uero amariores ac  
falsæ magis gustui uidentur, quādo p̄flant uenti,  
ex altero cardine unde auster exit. Adde qđ dul  
ces sunt dum pluuia sua copia terrā alluit, amare  
autem cum siccitas fuit. Et (ut scias) hieme quo  
niā terra humore redūdat, nōnulli uapores subli  
me petūt puri, atq; à terrena siccitate soluti, & se  
parati. Secus uero æstate, quoniam terra non ita  
crebro alluit aqua, nec tanta copia, quāta hieme.  
Ac æstate cum uaporibus sursum cōmeāt aliqua  
siccitate terrę cōmixta atq; compressa. Autumno  
quoq; id fit multo magis, propterea quod hoc tē  
pore ob ęstū, qui summis caloribus terræ abditis  
inclusus uiget, omnia potissimum exsiccata sunt.  
Præterea quo primum tempore uenti insurgūt,  
qui ex nostro cardine p̄flant, aquæ dulcescunt,  
magisq; ad potum idoneę uidentur, quod ab hu  
midis locis emergunt, quā quādo è regione, & ab  
austro oppositi excitantur, quoniam tum per ea  
transcunt loca, quæ æstuat & aridiora sunt, unde  
multum terræ secum aduehunt. Idētidem cum  
ingens consequitur siccitas, quoniam hoc tēpore  
multum sicci salisq; in sublimē rapitur. Econtra  
rio autē cum inundationes efficiuntur. Hæc igit  
omnia huc pertinent, ut omnes sapes gigni ex  
cōmixtione terrenæ siccitatis sciamus, modo ad  
hibeatur quædam concoctio & digestio eorum,  
quæ à mediocri & congruo colore fit. Quocirca  
sapes plerūq; à frigore intereunt, quia frigoris  
accessu impeditur perfecta digestio, & tum res, q̄  
gustantur adeo humectātur, ut concretam sicci  
tatem amittere uideant. Quæ enim sapiunt post  
eaquam frigore adiecto obdurerūt, molliuntur  
deinde, & tum humore magno redūdant, & pu  
trescunt & exsiccantur. Sapes enim non ita è sic  
citate procreantur, ut omnis humor ab illis, quæ  
degustātur à calore expressus sit, sed ut quadam  
digestione & concretione consistant. Ac humore  
in his, quæ sapiūt inclusum asserere ea nimirum  
cōiectura mouemur, quod ubi illa digesta sunt,  
retrosum uicissim humectantur, & putrescunt.  
Præterea saporem à cōgruo calore produci ex eo  
arbitramur, quod multa genera frugum in his  
locis, qui frigoribus cōglaciant initio præsertim p̄  
acerba sunt, nec prius maturescunt, nec cōmode  
degustari queunt, quā à calore conficiantur  
& digerantur.

*Cæterum ne saporem cuiusuis aridi sed illius,  
quo alimur vel affectionem vel priuationē esse cen  
seas hæc monebo, quoniā nec siccum sine humore  
nec uicissim retrosum humor sine arido. Nam se  
paratim neutro nutricantur animalia, sed utroq;  
simul*

**Cōtex. 31.**

*simul admixto. Præterea solent viuentia ablato cibo, quæ tangendo sumunt adulescere, sublato autem minui. Augendi enim ac minuendi causa est sumpti cibi calor, et frigus, quibus augemur, et diminuti videmur. Cibus autem, qui sumitur qua degustatur nutrit. Singula enim animalia dulci aluntur pabulo hocque; aut simplici solitarie, aut permixto alicui. Sed de his libro de rerum ortu disputatum est copiose, nunc vero hæc tractabimus quantum opus fuerit. Quocirca pabulum calor auget, et fingit cuius partem unam simul ac leuis facta est, ad se trahit, alteram vero salsam et acerbam ob eius pondus deserit. Quicquid porro externus calor corporibus extrinsecus ingerit, id sane ipsum interius naturæ animantium, ac stirpium confert. Ideo dulci aluntur esca. Solent quoque alii sapes itidem ut salsum, et acidum condimenti causa pabulo comisci. Hæc sane hoc modo propterea mutuo temperantur, ut deducant ipsum dulce, quod admodum alere consuevit, et aptius est ad aspergendam ciborum superficiem.*

Com. 32.

Cum saporem affectionem quædam gustatus, quem ex ocio & potestate ad actionem deducit, quando humoræ aridum calor efficit supra docuisset, nunc huic definitioni non ab re illud adidisse monet, quandam uidelicet esse affectionem, quæ gustandi potestatem ex ocio ad actionem mutet. Hoc autem dicere Aristotelé mouit, propterea quod non quæuis affectio, quæ ab arido in humore constituto pdeat, sapor dici debet. Et. n. odor quoque nascitur quando humor adhibito calore exsiccat, de quo sanè odore nos postea certiores faciet, & tamen inter odorem, & saporem multum interest. Præterea pabulum attingi cum sumitur nemo dubitat, uerum hoc nemo dabit aliquod eo animal ali, qua ratione attingitur, sed qua gustatum afficit, quod quod his uerbis significat: s; illius quo alimur: pinde ac dixerit, sed gustatus. Ac non otetus fateri saporem gustatus esse affectionem adiunxit. Vel priuationem, quasi uelit etiã illum saporem esse, qui est priuatio dulcis, quo alimur. Hunc enim saporem demonstrabit esse illum quo potissimum alimur, cuius reliquos uelut amarum & salsum priuationes esse statuit, qui nihilominus tamẽ gustatum prouocant, & mutant. Itidem ut coloribus & saporibus accidit. Nam æque ater color qui contrarius est & priuatio albi, cernedi sensum afficit, ut albus, qui maxime uideri solet. In saporibus proinde contrarius dulci qui gustatum maxime afficit, dicitur eius priuatio, & tamẽ eundem sen-

sum mutat. Etenim iam receptum est penè omnium consensu contrarium illud, quod è regione respondens deteriore partem habet, appellari priuationem. Cum ergo dulce huicque; contrarium peramarum sapes sint, & gustatum mutant, è quorum admixtione non secus reliqui sapes prodeunt, quæ ceteri colores ex atrii & albi mutua coagmentatione nascebantur, & producebantur, in uniuersum significauit qui essent in genere saporum contrarii, ex quibus alii singuli manant. Hi profecto sunt dulcis, & peracerbus. Quobrem. cum dulcis sapor admodum alat, hunc esse quædam humoris aliquanto aridi affectionem, uel huius priuationem, idest amarum fatetur. Huic enim dulci contrarius est amarus sapor, & qui ei aduersat, merito priuatio eius dicitur. Deinde tãquã euides petit, nec aridum solitarium, nec humo itidem aliquid alere, quæ tamen ubi sese mutuo comiscuerint, quidpiam alunt, & pascunt. Velim tamẽ notes his uerbis. Nec siccum sine humore, nec uicissim retrorsum humor sine arido illud deesse, uidelicet sapit, & nutrit, quod quod uerba sequentia indicant. Nam separatim neutro nutricant animalia. Quod item non quilibet affectio ex horum admixtione proficiscens sapor sit, demceps ostendit. Eadem pabulum ab animalibus haustum tactus percipit, id propterea in causa est, ut gustatum uelut quædam collegata tactus eẽ Aristoteles affirmet. Adde quod idem gustandi sensus illa contraria percipit, quæ à tactu comprehendit solent, tametsi nihil alant. Verumenimvero esca qua ratione attingitur, & minime qua ratione calorem, aut frigus, aut aliquid aliud contrarium habet, profecto alit. Quin etiã propterea quod attingitur auget, quæ aluntur, si salutaris est, minuit uero, si pestifera. Cibus enim ut calidus, uel frigidus, aut annectitur, aut seceratur. Nam calor & frigus, uel cibum coquit, uel crudum, & incocctum efficit, si cocctus confectusque fuerit, addet quidpiam quo crescut animalia, at si grauis & minime cocctus fuerit minuet, nec alet. Suppetias præterea ab anima altrice petit, ut hæc calorem excitet in animantibus ingenitum germanum & naturalem, quo ille cocqui solet. Hoc enim instrumento uis nutricandi ut cibum escamque; coquat, & digerat, uti solet, huic quoque calor & frigus eorum quæ aluntur subsidium affert. Quare sapor quædam affectio statuenda est, qui cum à tactu cum sentiatur ab arido in humore collocato prodeat. Qua enim ratione ex his cibus admixtus est, & tactu percipitur saporem non edit, sed qua attingitur causa est, cur crescut animalia, quoniam corpus est quod tangitur. Nam coagmentatio quatuor qualitatum quibus corpus niger, & subsistit à tactu percipitur, quin etiã ea ipsa sentiuntur à tactu à quibus formantur, uel ex quibus prima corpora con-

Proverbiū vñ  
ortū, Quæ che  
gusta nutrit.

stituuntur. Crescunt autem res, & minuuntur uel corporeo quodā addito uel detracto. Quapropter cibus (ut iam pridem libro de rerū ortu Aristoteles docuit) qua ratione corpus est auget. Hoc enim modo quātus est, & qua ratione dulcis alit, ac gustādi sensum ab ocio & potestate ad actum & actionem traducit. Horum enim uel calor uel frigus est causa; quæ augescūt cibo calido, uel frigido à tactu percepto. Quocirca dixit horum cāres cresceſ uel flaccescere uel minui. Hoc tamē loco uel inquit tactu percepta esse illa, quæ simpliciter attinguntur, uel calorem & frigus intelligit, cum hæc non minus in eorum quæ tanguntur numerum referantur. Sapor itaq; ut quædā est humoris à sicco proficiscens affectio ab animātibus degustatur & alit suapte natura uiuentiā. At qua ratione alit? Nimirum qua gustat, & minime qua attingitur; sed ut ostenderet animalia dulci sapore simplici & solitario ali, hæc uerba fecit. Singula enim animalia dulci aluntur pabulo, hocq; simplici solitariouē aut permixto alicui. Hæc in quā gustatus percipit, uerum nolim intelligas simplicem saporem dulcem, tanquā præter hunc nō sit quicq; aliud, quod alter queat. Vel hæc uerba designant ex dulci pabulo, & ex contrario suo acerbam amaroq; animātia nutricari, de quo certiores nos facit extremis uerborum, ubi tradit saporem dulcem alere solitūq; esse cibi interdum amari superficiem eodem aspergi, quo fit, ut si amarus sapor alere debeat, illius admixtionem desideret. Est enim dulcis sapor natura, ita constitutus, ut insideat in prima cibi facie quia leuis est, & supra petit. Hoc enim in causa est, ut alat. Verum hæc de cibo, quo alimur, uegetamur, augescimus, i libro de rerum ortu accommodatius tractatur. Equidem quomodo res crescāt libro memorato tanquā apto & proprio loco explicauit. Sed de cibo & pabulo in illis cōmentariis differuit, quos de ortu animalium composuit. Idcirco de his rebus se abūde tractaturum ad hæc usq; referuat. Illud proinde monet sibi operæ precium fuisse de his tātum differere, quātum hic locus desiderabat. Ceterum cur animalia corporaq; augescant illum calorem, in causa eē affirmat, qui coquit & conficit cibū sic, ut alere possit. Nam cocti ac confecti cibi calor est cā. Propterea enim quod calor humido fouetur quod sapore habet, alteram eius partem leuē, & dulcem attrahit, salsam uero, & amaram ob pōdus demersam relinquit. Quocirca leuiori portioni calor imperit motū, quo supra petat, & alterā quasi à tergo relinquit pondere onustam. Quod sanē pro cōperto sibi sumit eorum cōiectura sultus uaporū, qui supra ascendunt. Nam leuiore parte sursum contendēte, & grauiore imo relicta loco, uapores oriuntur. Ut iccirco calorē extrinsecus, in corpori-

bus agere aliquid putauit, ita calorem illum inditum naturæ animalium atq; arborum censuit efficere. Calor enim inatus germanusq; uiuēti ubi cibum sumptum obtinuerit, & cōcalefecerit portionem leuem, & dulcem attrahit, & cum hæc se creuit, eam deserit, quæ pondus habet, quæq; nimirum est amara & salsa, & ob id deſſa, hæc portio imo loco manet. Cōstat enim si hæc graua & amara perdurāt in eo quem diximus loco, ut his contraria sint leuia & dulcia, qđ etiam erit in causa cur animalia dulci cognatoq; naturæ cibo alatur. Itaq; quod dulce suapte natura conscendere supra, & nutrire adhibito calore asseruit, quod i quā dulce, nec mere leue est, sed dulce & leue eorum quos memorauimus uaporum argumēto compertum sit. Imber enim quiuis dulcis est, quāq; sæpe ex ipso mari salso dum exhalat imber oritur. Verum de his libro de sup̄mis imp̄ssiōibus copiose disputatum est. Redeo itaq; ad institutū nostrum. Sapor dulcis primas in alēdo sanē obtinet, reliqui uero cōmiscentur in pabulo, non quo illi ipsi, ut salsus atq; acidus solitarii alere per se queant, sed condimēti causa extrinsecus introducuntur. Quēadmodum cum hos sapes cōdimēti causa unā cum dulcibus permiscemus ob dulcedinis copiam percipimus gustatum his oblectari, ita reliquos sapes huius usus causa dulcibus cōmisceri arbitramur. Hi enim quāquā ita teperrantur, ut dulcis sapor sine nausea nutriat, qui cibi superficiem obsidere atq; afficere solet, iudē ipsi solitarii nō alunt animal. Quare calor saporibus his, qui sunt amici naturę iditus atq; innatus eo, quem supra diximus modo palām alit.

*Quemadmodū præterea reliqui colores e' mutua atrialbiq; coagmentatione oriebantur, non secus sanē cæteri sapes ex admixtione dulcis et amari prodeūt, idq; fit quadā proportionē, ppter ea quod singulæ quæq; species saporum ea ratione eduntur, qua illi et eorum mutationes magis et minus, uel etiā numero certo, uel incerto cōmiscentur. Qui proinde e' saporibus voluptatē capere auent, solum eorum numerū quando miscent probe animaduertunt. Quamobrē obesus sapor quædā dulcis species est. At salsus, atq; amarus ferē cōueniunt. Acris uero, austerus, acerbus, acutus in quadā uersantur mediocritate. Sunt enim ferē totidem saporum, quot colorum species, quādoquidem utrinq; septem species numerātur, modo quis (quemadmodū ratio postulat) subobscurum colorem censeat nigrum esse. Flauus autē potius ad album refertur, quemadmodū sapor crassus ad dul-*

Cōtex. 33

cem. Puniceus uero et purpureus, uiridis, ceruleus aequae sese ad album et atrum referunt. Reliqui demum colores ex his commiscuntur. Praeterea non atque salus et amarus sunt priuationes dulcis in humore, quo alimur, ut ater color in ipso pellucido est albi. Quocirca eorum omnium quae conflantur cinis amarissimus est. Nam quod in illis ad potum aptum erat, exhaustum est.

Com. 33.

Posteaquam animalia dulci sapore, cui priuatio tanquam aduersabatur amarus ali statuit, perinde reliquos saporum ex horum admixtione, atque ex coagmentatione atro & albo coloribus caeteri manabat ostendit. Ac eorum, qui medii sunt differentiam nasci declarat quadam mutua proportione contrariorum, quemadmodum hoc de coloribus iam pridem receptum est. Nam perinde saporum certo numero eorum contrariorum, qui commiscuntur certa quoque proportione, siue ut libet, & ut fors tulit, producantur quemadmodum supra de coloribus asseruimus. Ceterum saporum species affert, quarum alias meras est regione contrarias, alias uero ex admixtione contrariorum fieri tradit. Obesum iccirco saporum cum dulci consentire asserit, quippe hoc ipso aequae ac dulci aluntur animalia. Similiter salus congruit cum amaro. At acrem, austerum, acerbum, acutum putat medium locum obtinere est mutua dulcis amarique admixtione natos. Et cum medios saporum penes itidem ex extremorum admixtione perficisci, ut colores affirmari commixtis mutuo atro & albo, nunc exhibet numerum saporum similem illi colorum, & septem species tam eorum, quam horum esse tradit. Salus inquam sapor ab amaro est alia species, nec omnino eadem. Narrat item in coloribus itidem flauum conuenire cum albo, nec alio quam eodem in numero reponi, ut pinguis sapor cum dulci in eadem sede moratur. At fuscus seu subobscurus color cum atro cohaeret non secus quam sapor salus cum amaro, tamen haec sunt diuersae species saporum. Quocirca septem habentur. Item subobscurus color est quaedam species coloris, quae licet cohaereat cum nigro, tamen distincta est ab eodem. Sin uero, non expleretur numerus partium ac specierum coloris, quae hoc modo septem numerantur.

Coloris species.

Saporis species.

- Albus Flauus.
- Niger.
- Fuscus.
- Puniceus.
- Purpureus.
- Viridis.
- Ceruleus.

- Dulcis, obesum.
- Amarum.
- Salus.
- Acris.
- Austerum.
- Acerbum.
- Acutum.

Has ergo coloris species septem in quorum numerum adoptatae sunt extremae atque mediae dabitur is, qui in eadem sede locat album & flauum. quod si quis album, & flauum distinctas species coloris esse contenderit, illum sane quo numerus integer septem tantum specierum inueniatur subobscurum uel fuscum in eodem loco reponere, in quo niger collocatur oportebit. Itidem in saporibus accidit, uel in eadem sede loces obesum, & dulcem, uel si non in eadem sede hos locaueris alios amarum uel delictum, & salum statuas necesse est. Hoc inquam modo utrumque septem erunt species, & iam paulo supra ordine descripsimus. At uero si quis nollet in una sede, quos cum colores, tum etiam saporum diximus collocare, quinetiam primos diuidere mallet, nihilominus tamen totidem erunt colorum species, quot saporum, uerum non septem, sed potius sex, uel octo. Postremo propterea quod colores nonnulli est mediorum admixtione quemadmodum ex primorum coagmentatione procedunt, (iccirco sunt penes infiniti colores) ait caeteros ex horum admixtione perficisci. Demum eodem modo admisceri ex suis extremis medios saporum, ut colores secundum aliam comparationem ostendit. Ut enim ater albo contrarius est eiusdem in pellucido quaedam priuatio, ita salus & amarus in ipso humore quo alimur, dulcis priuationes existimantur. quibus uerbis declarat nobis, quomodo hanc sententiam adductam superiore contextu, hoc uidelicet, Caeterum ne saporum cuiusuis aridi, sed illius quo alimur affectionem, uel priuationem esse censeas assequi debeamus. Inquit porro dulcis amarus sapor est priuatio, quem dulcem docuit esse miscendum cum amaris & salis, est quibus reliqui ducuntur. Quae sane uerba cum ignorassent huius opusculi interpretes, uarie in illis exponendis laborarunt. Quo autem signo, quauis coniectura moueri ualeamus, ut amarum dulcis priuationem putemus, uel haec quidem maxime uult, quod eorum, quae ardent atque incenduntur amarissimus est omnium cinis, propea quod a calore dulcedo quae intus in illis est, absorbetur & consumitur.

Democritus et quamplurimi, qui de natura ac sensibus differuerunt, in hoc quam absurdissimum incidunt. Nam omnia tuentur tactu percipi, quae a sensibus comprehendi queant. Quod si ita esset atque cupiunt, illud plane dabitur tactum uidelicet quae reliquorum sensuum esse.

Tex. 34.

Iam ostenderat pabulum, uel escam quam attinigi possit, non alere animal ullum, quae scilicet ratione attingitur, nunc his uerbis confutat Democritum non modo, sed etiam caeteros quamplurimos Philosophos, qui properam omnes sensus cum sensu

Com. 34.

De omni colorum & specie lege Timaeum Platonem. item de saporibus.

tangendi congruere, & omnia, quæ à sensu percipi queunt tactu cerni, audiri, percipi approbarunt. Qua proinde ratione illi moueretur, ut singulos sensus cum sensu tangendi coherere profiterent, his explicat uerbis. Nam omnia tuentur tactu percipi, quæ à sensibus comprehendi queant. Quòd si omnia quæ sentiuntur, à tactu comprehenduntur, & quæ attractari possunt, uel maxime sensus tactus percipit, nimirum tactus omnia, quæ à ceteris sensibus percipi possent, ipse comprehendere. Quamobrem quicumque sensus erit tactus. Verù impulsus sunt hac rone, ut id dicerent, quoniam quæ sensibus percipiuntur, diffluere, ac promanare usque ad infra, hæcque penetrare arbitrabantur, & hoc sanè modo illa comprehendebantur. Nam sensus tum percipere obiecta putabant, quoties horum figuræ, moles, lenitas, asperitas eos mutarent & offenderent. Præterea Democritus candidum dulce, bene olens, ac singula sensuum obiecta non secus mutuo differre, quàm figura, mole, asperitate, lenitate censebat. Hæc illis sensibus qui sentirent non aliter apparebat, quàm solet tactus à suis obiectis affici & mutari. Cæterum de his, qui in hac opinione persisteret, hæc proxime adiecit.

Tex. 35.

*At hoc fieri non posse, minime arduum est animaduertere.*

Com. 35.

Hæc sanè inquit propterea quod sensum tangendi oportet contraria tangere, quoniam dudum obseruatum est hunc sensum tangere contraria. Hæc inquam sunt durum, molle, asperum, lene, calor, frigus, humor, siccitas, reliquaque huic sensui accommodata. At quis hæc dum tangit sese amarum, dulce, album, & atrum assereret? Adde si tactus aspectus esse diceretur, hunc ipsum conueniret percipere illa, quæ sibi uicina, atque proxime supra oculos ponuntur. Itidem si odoratus esset, ac auditus odoretur, & audiat necesse foret. Sed contrarium quidem obseruauimus, quoniam interiecto spatio hi sensus odorant, audiunt, contra autem tactus nullam postulat intercapedinem ut tangat. Accedit quod si quod sensu cum percipitur tactum feriret, operpretium non esset, ut gustui amarum uideretur, & nigrum aspectui, uel non redolens odoratiui, quinimo lene his apperet, uel omnino huius per simile, huicque germanum: quin etiam omne lene erit itidem amarum, uel dulce, & minime lenium alterum erit dulce, alterum uero amarum, aut hoc album, & illud nigrum. Nam ex homini differentia perspicuum cuique est sensus diuersarum naturarum quæ in altera, atque altera materia inesse uidentur: non earundem esse capaces. Postremo si omnes sensus tactus sunt, reliqui ualeant. Nam is solus satis esset ad id quod uolumus.

Præterea quæ sunt omnibus sensibus communia perinde usurpant, ac si propria essent. Moles enim, figura, asperitas, lenitas, itaque acutum, et obtusum non omnia, sed quæ in ipsa mole insunt omnibus sensibus communia sunt. Quòd si non omnibus, aspectui saltem, et tactui communia existunt. Quapropter sensus in his comprehendendis aberrant, et minime in percipiendis propriis labuntur, et falluntur, quemadmodum aspectus à colore non aberrat, nec à sonitu auditus. Sunt tamè uelut Democritus, qui propria cum illis coherere putant. Album enim et atrum alterum affirmant esse asperum, alterum uero lene. Sapores quoque redegit ad figuras. At mehercule hæc communia uel à nullo percipiuntur sensu, uel maxime ab aspectu. Quæ si à gustatu comprehendendi magis contenderint, et acutissimi sensus est in unoquoque genere minima discernere: nepe operpretium est, ut nihilominus alia obiecta communia sentiat, quin etiam in reliquis figuris diiudicandis ceteros sensus iudicio antecellat.

Tex. 36.

Censet adhuc in hoc errasse Democritum, quod communia sensuum obiecta existimauit propria esse. Verum iam in commentaria de anima quæ communia sensibus, quæque propria essent retulit: quo etiam loco adiecit nullum sensum deprauari ita posse, ut non recte, & sine errore proprium sibi, cognatum obiectum percipiat. Quod si fallitur, nimirum in cernendis & cognoscendis communibus decipitur. Nunc autem quedam communia profert, ut ostendat Democritum, in hoc potissimum lapsum fuisse in quo tradit communia propria esse. Moles enim & figura, quorum in presentia meminit, non secus communia sunt obiecta sensuum, quam motus numerus, statio, interuallum. Addit figuræ & magnitudini asperum, lene, acutum, obtusum: quæ sint tamquam species partesque magnitudinis, & minime figuræ, quia non complectuntur eque, à definitione figuræ subiecit hæc uerba, In ipsa mole quoniam asperum, lene, acutum etiam in uoce & sono collocatur, quinimo sapor quidam acutus est. Verum illa auditui sunt propria, hæc uero gustatui. Sunt item illa communia prædicta modo in ipsa mole collocentur, & si non omnibus sensibus saltè aspectui & tactui. Ut enim oculi figuras percipiunt, ita cernunt molem asperam lenem & obtusam. Hæc autem communia esse, uel hoc maxime, indicio patet: quod quicumque sensus in his percipiendis labi decipi potest, qui tamè oblati propriis non delirat neque aberrat. Aspectus enim proprios colores luculenter & sine errore percipit. At hic tamè in comprehensione

Com. 36.



prehensione cōmunium persæpe laborat, & ple-  
rūq; labitur. Cū itaq; hoc modo cōmunia à pro-  
priis intersint, mirū est cur Democritus hæc con-  
iunxerit. Verum quonā pacto hæc consociauerit  
& eadem esse tradiderit, Aristoteles quā proxime  
declarat. Eadem atrum & album p̄pria aspectui  
obiecta ad lene & asperū Democritus referebat,  
& album lene, & atrum asperum uocabat, q̄ cum  
aspectui, tū etiam tactui cōmunia sunt. Et ne lon-  
gior sumatur oratio nullum cōmune à sensu tā-  
gendi cōm̄hensibile ducebat, quod aspectui p̄-  
prium non esset. Cūq; saporibus gustatui peculia-  
res merito uideantur, hos quoq; ad figuras redu-  
cebat. Nam arbitrabatur saporibus mutuo differre  
quod figuræ inter se dissiderent. Quocirca in eo  
errore uersari solebat, i quo affirmabat acutos sa-  
pores esse, qui figuris acutis cōstarent, dulces ue-  
ro, qui contra cōponerentur, uidelicet ex orbicu-  
laribus, atq; ex his figuris, in quibus nihil eminens,  
nihil incisum, & angustū esset. Corpuscula enī &  
atomi ita concurrebant ad cōficiendos saporibus, ut  
ex eorum uaria coagmentatione, unde uarię orie-  
bantur figuræ, saporibus differrēt. Ex quo iterū li-  
quet Democritum statuisse figuris eē obiecta p̄-  
pria gustatui, quæ tamen cōmunia sunt. Deniq;  
ueteres cēsuisse cōmunia sensuum obiecta gusta-  
tui peculiaria esse cū ostendisset, illud sanè in du-  
bium uocatur, cum sint omnibus sensibus cōmu-  
nia, cur potius aspectu cognoscantur, quā cæteris  
sensibus, quādoquidem cōia nulli separatim sen-  
sui accōmodentur. Iccirco quis non imerito que-  
reret, cur hæc potius ab aspectu, quā à tactu per-  
cipiatur. Cui satisfaciam hoc modo, quia aspectus  
est omniū capax, iccirco huic magis quā cæteris  
sensibus cōmunia obiecta ascribuntur. Aspectus  
enim multitudinem, ac interuallum capit, quorū  
nullum percipiendi tactui data est potestas. Ve-  
rum ad uerba redeamus. Quod si à gustatu com-  
prehendi magis cōtenderint, cum sit p̄batissimi,  
& acutissimi sensus in unaquaq; re minima obie-  
cta percipere, & hæc discernere, & Democritus dat  
gustatum minimas figuras cōm̄hendere. Nā re-  
liqui sensus acutas figuras, & lenes nō percipiūt,  
sed has gustatus (ut ait) apprehendit, siquidem sa-  
pores capiat, qui è uariis prodeūt, & constituunt  
figuris. Si ergo gustatus nō modo figuras, è qui-  
bus cōflatur saporibus, uerū etiā omnes degustat,  
quoniam si minimas, & sensu quādificillimas p̄-  
cipit, multo in quā facilius cæteras degustabit, at  
gustatus aliarum nō est capax, quonā modo cu-  
lum percipiet. Illud etiam moneo, ut cum horū  
uerborum duo habeantur exēplaria huic adhæ-  
rescas, quod nos secuti sumus, quoniam rectius ac  
melius sententiam declarat.

Tex. 37.

Item omnia quæ sensu percipi queunt duo con-

traria cōtinent color in quā atrum et album. Sa-  
por uero amarū et dulce. Sed figura nulli figurę  
uidetur cōtraria. Cui nam figurarum quę multis  
angulis describuntur rotunda aduersatur? Adde  
cum figurę penē innumerabiles sint, itidem saporibus  
innumerabiles esse necesse erit.

Com. 37.

Hoc sanè argumento figuras nec ab aspectu,  
nec à gustatu percipi, nec omnino p̄pria esse que-  
dam sensibus obiecta probat. Nam propria cō-  
plectuntur duo cōtraria, ut color nigrum & albū  
quæ ab oculis cernuntur, & sapor amarū, & dul-  
ce, quæ à gustatu sentiuntur, ab auditu acutum  
& obtusum, à tactu calor, frigus, humor, siccitas,  
reliquaq; cōtraria, quorum tactus est capax. Itidē  
in his quę naribus percipiunt duo cōtraria collo-  
cantur, sed nulli figuræ altera obstat, aduersatur.  
Quod si cōtraria sunt, quæ degustatur, & figurę  
non dissidēt, non pugnant inter se itaq; figurę, nō  
cadunt in sensum gustadi, & quid dico in sensum  
gustadi, imo in nullum sensum, cui sint proprie.  
Verum cum nōnullis uisum sit figuris alias esse  
cōtrarias, querit his uerbis: Cui nam figurarum  
quæ multis angulis describunt, orbis rotundaq;  
figura aduersatur? E quibus perspicuū est quod  
ab his abstrahit cōtraria, & remouet. Equidē cum  
uni aduersetur unū q̄ figurarū è multis angulis  
cōstitutarum rotundæ globosæq; repugnabit?  
Non enim dices unā potius, quā aliam cum inter  
se non pugnent, sed cōueniant simul. Deinde nul-  
la est rotundæ cōtraria figura. quocirca libro de  
caelo multis sanè rationibus generatim eius mo-  
tui ostensum est nullum motū esse cōtrariū. Quar-  
re si propria sensibus obiecta pugnant inter se, &  
figuræ nequaquā, itaq; figuræ non erunt propria  
sensibus obiecta. Accedit quod innumerabiles ne-  
cessario saporibus erunt cum figuræ infinitæ sint.  
Nam si saporibus à Democrito dicuntur figuræ cū  
hæc sint innumerabiles mutuo dissidentes, nimirū  
quoq; infiniti erunt saporibus differentes. Verum  
quia posset quispiā absurdum effugere dicendo  
immo infiniti sunt saporibus, attamen non omnes à  
sensu comprehendi queunt, iccirco huic hæc  
proxime obiecit.

Quanam causa nōnulli saporibus percipiuntur  
sensu, nōnulli uero nequaquā? Sed de sapore, ac  
de illo, quod à gustatu percipitur dictum nobis sit.  
Nam multas alias saporibus affectiones tractare  
hoc loco possem, uerum cum proprium studium et  
ab hoc separatim desiderent, tum illas persequar  
cum sermonem instituerō de plantis.

Tex. 38.

Ex his locis  
bri de plantis q  
sit patet.

Cæterum dictum nobis de sapore qui gusta-  
Alex. Aphro. de sen.

Com. 38.

F

tur quid sit, quidq; gustatus haecenus uult. Nam reliquas saporu affectiones, & differentias, ortusq; tum peculiare, tum proximos ad eum spectare librum asserit, in quo sermo de plantis suscipitur. Verum de his ab Aristotele editus non inuenitur, sed ille Theophrasti circumfertur.

SECTIO QVARTA DE ODORIBVS  
INTERPRETE LVCILLO  
PHILALTHEO.

Tex. 39.



**H**ADEM forma de odoribus dicendi suscipienda est. Itidem enim siccitas humidum afficit, ut in alio genere videlicet in aere, et aqua humectus sapor. Nunc utriq; comune pellucidum statuimus, attamen quod odorabis, hoc ipsum non ea ratione, qua pellucidum odorabis, sed qua siccitatem illam diluit, et abstergit, qua gustum oblectet.

Com. 39.

Sermonem a saporibus ad odores transfert, de quibus nunc nos docet id, quod breuiter supra de natura saporum monuit. Eo enim in loco dicendum esse de sapore, & de odore propterea censuit, quod utriusq; eadem quasi iudicat affectio, & si utraq; in eodem minime uerset. Nunc porro quid tum sibi uoluisset, palam exponit, cum inquit eandem suscipiendam esse uiam & formam, de odoribus dicendi, propterea quod quemadmodum sapor a siccitate adhibita caloris opera nascitur, ita humor efficit, quando tamen sapor iam habet. Sapor enim aliquo modo admixtus sicco in aere uel in aqua, quoquo diluas modo, odorem edit. In alio genere dixit, quod neque haec quae ratione humectantur, ex eis prodit odor, neque quoniam aer & aqua pellucunt, neque quoniam sapor recipere queunt, sed quia confociatur cum quadam alia natura, quae odores recipiat, quam sane naturam analogam antipituitiae aliquis diceret, at ipse tamen uocat naturam, quae odorati idonea sit. Aqua enim & aer quatenus pellucida sunt, colores recipiunt, at humor, uel aqua propterea saporis est capax quod pollet corporata humiditate, qui odores non aliter admitterent unam secum misceri, nisi quaedam intercederet ipsis cum illis communis uis uel natura, quam nunc aliud genus uocat. Vel inquit in alio genere, id est in illo, quod habile est, ut odoretur, quemadmodum quod degustamus, quodque odoramus, diuersa esse genera uideatur. Verum postquam odorem in aere, & in aqua, ob quamdam communem naturam ab ipsa siccitate, quae sapor redoleat produci atque fieri duxit, ne hanc communem naturam pellucidum esse suspicemur, cum id non minus non sit aquae & atri, commune plane inquit

aerem & aquam, haud odorem recipere qua pellucida sunt. Proinde refert tam aerem, quam aquam dici pellucidam, uerum haec odore non afficiuntur qua pellucida sunt, sed qua diluunt, & abstergunt siccitatem illam humore perfusam, quae sapit. Cum ergo supra asseruerit humorem esse, qui in aere, & aqua odores edat, & fundat, eum nunc ipsum iterum uocauit siccitatem, quae sapor redolet, quoniam ex utrisque cum ex humore aquae, tum etiam ex siccitate terrae (ut demonstrauimus) sapor orientur. Itaque siccum, quod nondum sapor habet admixtum neque dilutum, si humori admisceatur ope caloris sapor edit; odores autem non parit siccum illud, quod non sapit, quinetiam operae premium est, ut humore perfundat, & cum sapor fuderit, tum odorem dabit. Quod uero ab humore sapor redolente, uel a siccitate eiusmodi. (Nam utro dicas modo nihil refert) odores fluant, & promanent ad nares, demonstrabit ex hoc, quod perspicuum est, nihil nos odorari posse, quod non retineat sapor. odoratu porro saepe solemus cum rerum putridarum iamque flaccescerentium, & acutarum, tum etiam earum, quae concoctae alium sapor edunt, sapor percipere, & obseruare, & tamen nondum apparet gustati eorum mutatio quasi ex odore saporum gustatus periculum de eisdem priusquam gustet facere soleat, atque assueuerit ex mutatione odorum secus, atque secus affici.

Non enim aerem solum, uerum etiam aquam uis odorandi desiderat. Cuius rei illud uel maxime in dicio est, quod pisces, ostreae, idque genus in aqua demersi et minime in aere odorant. Quando enim odorem hauriunt, aer in superficie insidet, quem minime inspirant. Quod si quispiam assereret ambo aquam et aerem humectae naturae esse, nimirum natura odoris erit illius non insipidae siccitatis, quae humore aspergitur. Itidem quoque erit odor. Caeterum odorem esse quandam affectionem quae a sapore proficiscatur cum ex his quae olent, tum etiam ex his quae minime edunt odorem cooperum esse potest. Elementa enim uelut ignis, aer, aqua, terra propterea odore carent, quod quae sicca sunt, et humida sane insipida existunt, nisi quidpiam illis admixtum redoleat. Qua de causa mare odorem edit, quoniam et sapor, et siccitatem habet. Sal quoque magis odorem emittit, quam nitrum, quod quidem ex eo perspicuum est, quod ex illo defluit oleum, at nitrum plus retinet terrae. Praeterea lapides odoris expertes sunt, quippe cum insipidi sint. Contra uero ligna olent, propterea quod sapiunt. Verum ligna,

Tex. 40.

Plato idem in Timaeo sed aliam causam uis assignat, cur elementa non odorant.

De sale et nitro uide Platonem in Timaeo.

*ligna, quæ plus aquæ habent minus odorem fundunt. Adde aurum inter metalla nihil odoris habet, quod insipidum est, secus autem æs et ferrum redolent. Item scoriam quarum fuerit exustus humor minus, quam reliquæ aliæ odorem cõflant. Argentum etiã, et stannum quædam odore excellunt, quibusdam vero cedunt, quoniam humore perfusa sunt.*

Com. 40. Superioribus uerbis hæc monuit. Itidẽ enim siccitas humidum afficit, ut aliud genus in aere, & aq̃ humectus sapor. Nunc uero in utroq̃ ostẽdit, non enim solum in hoc nro cœlo multa olẽt, quemadmodum probaturus eo est indicio, qd̃ animalia dum spiritum hauriunt odorem percipiunt. Sed in p̃sentia piscium, & ostrearum exemplo cõfirmat, quippe quæ in aqua odorant. Quinetiã sæpe è remotis locis duce itineris odoratu ad escas natant & accedunt, quo in loco non est aer, quoniã etsi in superficie aquæ insidet spiritus, uel aer, at tamen in profundo nõ dilabitur, in quo degunt uitam pisces & odorant. Si enim fortẽ fortuna eẽt aer depulsus usq̃ ad imum pelagi, nõ diu istic cõmemoraretur, quin etiã illico rediret ad superficiem aquæ, quod etiam indicat utres inflati, qui simul ac primum ui sublata relaxatur ab imo supra conuolant. Adde qd̃ pisces non omnino aspirant hauriuntq̃ spiritum. Etenim ab Arist. aliã dudum ostẽsum est animalia, quæ pulmonibus uacant beneficio aspirandi respirandiq̃ minime potiri. Addit q̃ si quispiam non solum aquam, sed etiam aerem humidum esse affirmaret, quandoquidem & aer sit humectæ naturæ, nimirum odor erit natura, quæ in humore uersetur à sicco non insipido manans, & proficiscẽs, idest quod in sensum odoratus cadit quædam affectio erit, quæ p̃dit à sicco saporis nõ experte, & humore diluto. Cæterum ne arbitremur à simplici siccitate, ut sapor ducebatur odorem ad nares promanare, sed ab ea siccitate, quæ saporem aliquem inclusum in se habeat, ex hoc nos monet, quoniam quæcunq̃ olent etiam saporem edunt, contra quæcunq̃ insipida sunt, hæc sanẽ ipsa nullum odorem emittunt. Nam corpora simplicia propterea odore uacant, quod insipida sunt. Neq̃ enim terrã simplicem, atq̃ solam, neq̃ purum ignem dixeris saporem habere, quãuis siccæ naturæ esse uideatur. Itidẽ nec aquam, nec aerẽ sapore affirmamus, quod nimis humore abudant. Verum hæc si aliquem saporem edunt, tum sanẽ simplicia non erunt, sed admixta. Mare quãuis humidum sit, salsum tamen humorem habet, quod cum siccitate ille copulatur humor, & hac rone odorẽ perflat. Sal quoq̃ & odorem & saporem profert, quãquã terrẽ multum habeat. Sed nihil obstat quod siccitas hæc

admixta est humori. Et sal cum ipso nitro confrens tradit sal plus odoris, & saporis habere, quã nitrum, idq̃ propterea qd̃ siccitas salis uberiore liquore molliẽt, quã illa nitri, in quo plus terrẽ ceas, & in sale plus liquoris necesse est, uel ex eo maxime quod oleum ex sale instillat. Verum hoc fortẽ exemplum affert, ut nõ solum plus humoris in sale, sed etiam plus saporis in sale, quã in nitro inesse credamus, nam amarum est illud oleum defluens ex sale. Accedit qd̃ lapides etiam ea de causa odorem non edunt, quia insipidi sunt, at ligna nõ nihil odoris & saporis capiunt. Et ne lignorum multa genera in medium producatur, quæ cumq̃ plus liquoris, uel humoris contraxerint, hæc ipsa nimirum pexiguum saporem, & odorem habebunt. Quinetiã in metallis cohæret odor, & sapor, quoniam ea, quæ sapore uacant, etiam odore priuatur, quo in genere collocatur aurum. Æs autem, & ferrum, quoniam saporem habent, odoris expertia nõ sunt. Aurum uero parum humoris habere hac planẽ coniectura assequi possumus; quoniam id ipsum non contabuit unquam rubigine, nec unquam putruit. Rubigo enim potest dici quædam putredo, quæ nascitur ex humore non concocto. Quapropter cum æs, ferrum, argentum, stannum multum humoris retineat, eorum rubigo male olet, at aurum lenius multo est, & facilius extenditur, quãdo tamen apte alicui cõmixtum ac temperatum est, id iquam ipsum sapore, & odore carere nullo maiore testimonio, quam illo sensus comprobari potest. Sumit porrò hoc exẽplum, ut idem ratum firmumq̃ faciat quod dixit. Scoriam metallorum scoriam nõnullæ magis expertes odoris uidetur, quod earum liquor incensus est, & sapor cõsumptus, quod odor humore, qui saporem teneat maxime nitatur, & alatur hoc indicio confirmatur. Argentum inquã, & stannum plus liquoris habet, quã ferrum, & æs, nec humorem æque admixtum siccitati ac illa retinent. Sed hic est dubitandi locus. Quis fieri potest, ut odor nascatur, & prodeat à siccitate, quæ saporem edit, si odor & sapor unã consistunt, seseq̃ mutuo consequuntur. Sed mehercule nõ dixit Aristoteles primum saporem esse, à quo deinde odor proficiscatur, sed siccitatem quæ saporem habeat, & minime uoluit illam simpliciter siccitatem causam dici illius affectionis, quæ intus in aere, uel in aqua fit, quæ sanẽ affectio odor est, quasi uelit Arist. hæc ambo simul commorari, & causam odoris dicas uelim siccitatem, quæ saporem teneat modo sapor odorẽ producat. Aer enim cum suapte natura nihil saporis inclusum in seipso habeat, tñ odoris est participes. quapropter siccitas saporis cõsociata, quæ in alio posita sit odorem profert in aere. Itidem aquæ natura non patit aliquem saporem, uerum tamen af-

Sal beo amici coprus, dicit Pla. i Timæo.

Ortum salis & nitri, his ṽbis dicit Pla. Q̃ nõ nõ idip̃s sibi ex cõmixtiõẽ, etc. vide Timæum.

De ortu lapidum, lege Timæum.

De ortu metallorũ, Plato i Timæo, & Albertus Magn. de ortu auri in Timæo, q̃ i loco videbis Alchimistas nõ posse imitari nã, & adamas ibi, quõ gnat ostẽdit, quõ æs, ferrus, & quid sit rubigo.

Alex. Aphr. de sen. F ii

ficatur sicco redolente saporem, & redditur tū gustatui, & odoratui idonea cum esset suapte natura ineptissima ad saporem. quare sic est paucis concludere, odor nascitur à siccitate, quæ suo sapore gustatum mouere queat in aere, & aqua, quæ sane siccitas est effectrix causa. Quæadmodū enim color pellucidum afficit, ita sapor humida, quæ supra diximus. Item quæadmodū aspectus uidentiq; actio sine pellucido non perficit, neq; gustandi sensus sine aere, & aq. Itaq; sapor in illis inest quæ illum recipiunt, at odor in his sibi manendū esse statuit, quæ saporem non habent, quāquā fiat ab his quæ sapiunt. Nam per aerem & aquam odor ad nares proficiscit, & odorandi sensus efficitur.

Tex. 41.

*Sunt autem qui arbitrantur odorem quendam fumi instar uaporem esse qui prodit cōmuniter ab aere & aqua, cui sententiæ omnes assentiuntur. Heraclitus proinde sic solitus erat dicere, quod si omnia in fumū cōuerterentur, hæc ipsa nares perciperent. Cæterū de odore omnes cōsentiunt, alij hunc ipsum decernunt uaporem, alij uero quandā exhalationem aeris & terræ, alij demum utrūq;. Est autem exhalatio humor quidā, & uapor instar fumi (ut diximus) cōmunis aeri, & terræ hoc tamē modo, quod ex ipsa exhalatione aqua conflat, ex uapore quædam terræ species.*

Plato utriusque dicit in Timæo cū mutat ex aere aliqd in aq. caligo, cū ex aq. in aere fumus est odor.

Com. 41.

Quosdam naturales in hac sententia permansisse inquit, in qua odorem quendam instar fumi uaporem aquæ, & aeri cōmunem asseuerarunt, in quorum numerū relatus est: Heraclitus huius sententiæ princeps, qui si omnia in fumū abirent dicebat nares hæc omnia percipere, quia hæc sentirent, perinde ac fumus sit naribus obiectum proprium. Verum quo clarius itelligatur quonā pacto quidam de natura disputatores odorem statuant esse quendam fumi instar uaporē subnectit. Omnes porrò naturæ in primis studiosi alii odorem existimant quendam uaporem, alii uero quādam exhalationē, alii utrūq;. Quid porrò utrūq; sit, & qua differentia inter se dissideant, proxime declarat. Exhalatio enim est humecta quædam aeris, & aquæ respiratio, quæ ubi primū mutatur in aquam conuertitur. Vapor uero est fumi instar communis aeri, & aquæ, ex quo (ut tradit) quædam species terræ conficitur. Nam ex hac cinis, & fuligo prodeunt. Ac ubi patefecit quid sit utrūq; hæc persequitur.

Tex. 42.

*Sed neutrum uerisimile est. Exhalatio enim ex aqua excitatur, sed instar fumi uapor in aqua effici non pōt. Quæadmodū in quā a nobis supra dictum est multa animātia in aqua odorant.*

Secus esse odorem atq; illi definiuerūt cū nec exhalatio, nec uapor sic se habeāt, ut putarunt, palam ostendit. Nam exhalatio ab aqua oritur, quæ propter odor ab aere non recipietur, si odorē dixeris esse, exhalationem. Quinetiam aqua odoris suapte natura expers est, & uapor instar fumi in aqua confici nequit in qua tamen odor inest. Nā & quæ degunt uitam in aquis, & quæ nō uiuūt in aqua per hanc ipsam olfaciunt.

Com. 42.

Hæc uerba in Platone dicit Aristoteles. o. Alex. vi. de Timæo, sed quæ priores Platone idē dixerunt, ideo p. ostendit.

*Adde uaporem instar fumi defluxui similem ferunt. Quod si non probe ille se habet, nec ipse probe recteq; valebit.*

Tex. 43.

Odorem non esse uaporem instar fumi ex eo ostēdit, quoniam ille quidam est, ab eo defluxus, à quo efficit. Qui ergo defluxus introduxerunt hosq; cernendi causas asseuerarunt, ut minus probe sentiunt, quoniā necesse foret, ut eiusmodi defluxus à rebus quæ sub aspectum cadere possunt corporati essent, neq; paululū more subsisterent, imo repente consumerentur, ita errāt, qui ab his rebus, quæ olent uaporem instar fumi uel defluxum emanare censent. Etenim quæ olent illico in terire, atq; euanescere oporteret, neq; spacium temporis, quam minimum durarēt, sed longe aliter à nobis obseruatū est, quod à nonnullis corpusculis bonum odorē manasse ad nares nostras, & tādū odorem suū illa corpuscula, probe retinuisse, ac conseruasse quādiu subsisterent animaduertimus. Quemadmodū enim ea, in quibus inest uapor instar fumi quā celerrime uelut mirrha, & id genus eorum quæ uaporem edunt cōsumi solēt, ita cætera repente deficerent. Sed quæ olent non illico absumentur, ita nec odor erit fumi instar uapor, uel defluxus, qui proficiscatur à rebus, quas odoramus. Præterea tactus eēt hic sensus, quod odores percipit, quod sanè supra à uero alienum esse demonstrauimus. Quare erit sermo de uapore fumi instar itidem leuis & futilis, ut est ille de fluxibus quos multis rationibus reiecimus.

Com. 43.

*Compertum itaq; est humorem in aqua, & in ipso aere aliquid recipere, & à siccitate affici non insipida. Etenim aer humectæ naturæ est. Si præterea siccum dilutum ut in humoribus saporem itidem in aere odorem efficit palā est, ut cum saporibus conferendi sint odores.*

Tex. 44.

Reiecit eos qui odorē, uel uaporem instar fumi, uel exhalationem esse statuerunt, hoc itaquam argumento quod odor tam in aere, quā in aqua conficitur, sed nec uapor, ille fumi instar nec exhalatio in aere nec in aqua excitatur. quibus sanè uerbis nos ad huius quod supra demonstrauit memoriam

Com. 44.

moriā reuocat diligēter ubi odorem siccitate, quæ redoleat saporē cum in aqua, tum in aere p/ ficisci, probauit hac tamen cōiectura, q̄a in utroq̄ elemento ponunt, quæ olent. Etenim nec aer so/ lum aut eius humor, uerū etiam aquæ liquor est huius affectus p̄iceps. Sed ne labores de uerbis: Cum dicit humorem in ipso aere itelligas uelim humorem in aere, quod quidem de industria fe/ cit Aristoteles, ut nos memoriæ mandarem, q̄ aliās de aere disputauit, quem humidum suapte natura cum multis sanè locis, tū uel maxime duo bus statuit libris, qui de ortu rerum, atq̄ interi/ tu inscribuntur. His autem dictis addit. Si p̄ter ea siccum dilutum, ut i humidis odores ingerit ita in aq̄ saporē. Nam in aqua illa sicci lauatio & affectio sapor erat, & i humidis ferè similiter sicci nō insipidi lauatio & affectio odor dicitur. Quod si i humore aridum uel siccum, tam saporis, quā odoris efficiens est, idq̄; collocatū in humidis, ni/ mirum perspicuū est, opereprecium esse, ut cum saporibus congruant, & conferantur odores. Vel uerba hoc modo ponderentur. Quod si non insi/ pidum siccum dilutum aqua & aere itidem odo res edit, sanè liquet odores conferendos esse cum illis saporibus in quibus fiunt. Si enim dissidebūt saporē, dissideant quoq̄ odores necesse est, quā/ do quidem odorū differentia, ab illis saporū ducantur. Est enim norma quædam uel regula, uel perscriptio, ut sic se habeāt, quæ consequūtur quæadmodum quæ p̄cedunt sese habere uidē/ tur. quocirca hæc illico adiecit.

Tex. 45.

Sunt porrò nōnulli, quibus accidit, ut cum sa/ poribus congruant. Etenim acres, dulces, austeri, amari, pingues odores extant. Quod si quis putri/ dos odores amaros saporibus respondere dixerit, is certe non temere dixerit, p̄pterea quod quæad/ modum illi ægre potantur, ita putridi uix odorem conflant. Quibus illud perspicuū fit ut quicquid est in aere q̄ aqua odor sit, quod est in aqua sapor. Quocirca frigus q̄ gelu saporē obtūdunt, q̄ odo res obscurant. Calorē enim qui mouendo aliquid architectatur frigus, q̄ cōgelatio demoliūtur.

Com. 45.

Vt saporē, item odores acres, dulces, austeri, amari, crassi existunt, cum quisq̄ odor suo cuiq̄ saporē respondeat, quinetiam eorum odores, qui dum hauriuntur nauseam faciūt, cum saporibus amaros conferuntur, & cōgruunt. Hos p̄inde his uerbis cōgruere declarat, p̄pterea quod quemad/ modum illi, idest saporē amari ægre potantur, ita putridi odores uix odorant. Quæ sanè dicta cum sibi sumat tāquam perspicua horum etiam ope de his, quæ antediximus nos certiores facit.

De saporib⁹ le/ ge Timæū, & ibi icipe. Ten/ dunt à ligua ve/ næ. Erat mihi i/ aio ondere lo/ ca quælibet Ti/ mæi i q̄ iuehit Arist. planè & Alex. nō vi/ dit. hūc libel/ lū, ut certius de

Primum inquit saporē in aqua cōfici, & à siccitate terrestri profici ci. Deinde hunc ipsum in aere, & aqua odorem à siccitate nō insipida perfici, & ca/ lorem utrūq̄ edere asserit, hoc sanè modo cōpro/ bans, quia frigus & gelu æque odores, ac saporē hebetant. Calorem enim, q̄ saporē condit frigus, & gelu opprimunt & delent. Quapropter & ad/ mixturem, & concretionem à calore in illis inge/ neratam turbant, & adimunt, qua sublata merito saporē primū, odores deinde, qui à saporibus in humido generant̄ intereunt. Sed ne te lateat cur adiecerit hoc uerbum (Nōnulli) addidit sanè, ut ostenderet quosdam odores suaues, ac crassos esse suapte natura, & non eo tales esse quod sa/ pores comitantur.

Reliquum eius quod olet duæ species afferun/ tur, quo in loco errant qui nullā esse olentis speciē affirmant. Quocirca quo pacto sint, q̄ nō esse dici debeant nobis tractandum est. Saporū enim una est species quæadmodū diximus ordinata, qui sua/ uitatem, dulcedinemue, q̄ tristitiā habent aduenti/ tiam. Nam p̄pterea quod sapor q̄ odor affectus sunt eius quo aluntur animalia, odores tum his maxime animātib⁹ suaues uidentur, qui cibum escāq̄ appetunt. Contra ydem ac esculenta, pocu/ lentaq̄ bene olentia non ea oblectāt animalia, quæ sanè cibo se cōplent, q̄ ubertate saturata nihil ul/ tra quærunt. Quare odores (ut supra testatum reliquimus) aduentitiā suauitatē, q̄ tristitiā ha/ bent. Qua de causa cuiq̄ animanti cōmunes exi/ stunt. At qui illi sunt suapte natura suaues odores uelut illi florum, qui nec magis, nec minus ad pa/ stum capeendum animalia inuitant, neq̄ quicquā ad excitandum appetitum conferunt. Contra imo magis reprimunt. Vnde uera sint quæ Euripidē irridendi causa, Stratis dixit.

Cum lenticula coquitur, nihil olentis infundito.

Secus nostri nunc faciunt homines, qui ut uo/ luptate admodū capiantur solent poculentis odo/ rum uires permiscere, idq̄; eo libentius faciunt, ut uoluptatem tāquam unā, atq̄; una sentiendi actiōe duos sensus capiant. Hæc autē species odoris homi/ ni p̄cipue accōmodata est, altera uero eorū uide licet odorū, qui ut natura saporū postulat ita digeruntur, cæteris (quæadmodum supra censui/ mus) etiam tribuitur. Præterea hoc odorū ge/ nus propterea quod aduentitiā suauitatē q̄ mo/ lestiam retinēt ut saporē diuidūtur, ita partitur.

coelo p̄ Timæū unū p̄scriptum esse. an uero 10 esse reprehēdat Plato. aliās vi/ dendū, ideo di/ cā singula loca in n̄ris Cōmē/ tarijs.

Cōtex. 46

Plato, negat spe/ cies odoris pri/ mū cū dicit in Timæo circa nariū vim spēs nō sunt. Deinde paulo, ifra, sed ibi duo nomia tātū manifeste sunt, suaue. f. & molestū qd̄ di/ sturbat violat/ q̄ oēs eā capa/ citatē q̄ a sum/ mo capitis uti ce ad umbilicū protēdit. Suaue autē eadē mul/ cet, & amico q̄ dā igressū nālē eius fuit habi/ tū, tota dispu/ tatio & tracta/ tio hui⁹ libri ē in Platonē, q̄re Alex. nō uidit Platonem co/ piose.

Dicit reuera 18 ge meli⁹ Arist. q̄ Timæ⁹ aut Plato.

DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

At longe aliter illi generi odorum accidit, qui sua pte natura uel oblectant sensus, uel afficiunt tristitia. Cur autem hoc genus odorum homini maxime accommodetur, i causa est frigus cerebri. Cum eni cerebrum natura algeat, cuq; in his uenis, que illi adherent sanguis inclusus pertenuis, ac perpur gatus sit, quam facillime frigore cogelatur. Quo circa cibi ille fumi instar uapor, qui caput petit quando ob locum friget, nimiru morbos illos exci tat, qui defluxiones dici solent. Hæc sanè odorum species nata esse uidetur, ut ad recuperandã homi ni ualeitudinem magnũ afferat adiumentum. Neq; huic aliud munus tribuitur quod quidẽ palã exer cet. Cibus enim suauis, et siccus et humectã na turã plerunq; morbos nobis creat, at uero bonus odor nos utcuq; ipsos habuerimus uehementer de lectat semperq; (ut ita dicam) iuuat. Qua de causa non omnia animãtia hos odores hauriunt, sed ho mines, et cum ea quadrupedũ quã sanguinem ha bent, tum etiam reliqua quã aeris natura magis delectantur. Cum ergo odores caloris ingeniti le uitate cerebrum petunt, tum his quẽ illum incolunt locum melius est. Vis enim odoris natura calida est. Quocirca respirãdi usum propter duo natura dedit animãtib; ut cum respiratione tãquã opera opportuna uterentur ad earum rerum presidium, quã pectore cõtinerentur, tum etiã ea ipsa tanquã re ad odorem capeendum cõgrua. Cum anima lia spiritum extrinsecus adducunt odor permeat per ipsas nares usq; ad intestina. Humanã porro naturã accommodatissimum est hoc genus odorum, quippe hominis cerebrum aliorũ animãtium cere brum et magnitudine et humore anteit, quod etiã in causa est, ut reliquorũ uiuentium solus homo ut ita dicam hoc genus odorum percipiat, his delecte tur, ex similibus uoluptatem capiat, ppter ea quod eorum calor, et actio quã aptissime ea cerebri lo ca frigidissima, et humidissima tẽperat. At ceteris animãtib; quibus pulmones dati sunt, ut spi ritum excipiant eum certe sensum natura tribuit, qui alterum odorũ genus perciperet ne duo ederet odorandi instrumenta. Contenta eni animalia quã do hauriunt spiritum aspirãdo hoc sensu esse de bent, qui illud aliud genus odorum sentit, quẽ ad modum homines uno fruuntur sensu, qui utrũq;

genus eorum, quã olent cõprehendit. Cæterum propterea perspicuũ esse arbitror quãdã anima lia, etsi usum respirandi non obtinent odorãdi ta men sensu potiri, quod pisces, genusq; insectorum uniuersum eminus ac prope odorem percipiunt, cuius rei causa est illa pabuli olentis natura, a qua animalia, etsi longo interuallo ab eadem esca dis iũcta sunt, tamẽ illuc rapiuntur, quẽ admodũ apes a melle longãq; formicã, quas nonnulli scenipas uo cant, et purpureã, quã maris littora incolunt, ac pleraq; alia animalia ab esculentis alliciũtur, quã sanè esculenta acute ob odorẽ p̃sentiant. Verum perspicuũ est nõ eque hoc modo omnia sentiri.

Quidam species odorum aliter esse ferebant, quã sint earum rerum species, quẽ exaudiuntur, quã degustantur, quã cernuntur, quoniã hæ soli tariã suapteq; natura cõsistunt, at illã nec per se, nec simplices extant. Nam odorũ differentia quã quã per se suapteq; natura esse uideantur, tamẽ non ita se habent, sed a saporibus ducunt. Etenim suauis, austerus, amarus, ceterãq; huiusmodi dif ferentia inter se dissident, quod saporẽ a quibus emanant odores (quemadmodũ supra dicebat) sanè discrepant. Hanc opinionem refellit falsamq; esse ostẽdit, & duo genera odorum totidẽq; diffe rentias introducit. Quod si odorũ differentia ita saporẽ sectetur, ut alter suauis, alter uero mo lestus sit, nimirum sectantur illos non suapte na tura, sed aliena aduẽtitiaq;. Similiter ppter ea spe cies, quã suapte natura, perq; se dicunt ita se ha bent, ut eorum saporũ differentia sequant, in quibus non suapte collocant natura. Hoc inquã genus odorum ppter ea quod in ipso sapore iest, quo aluntur animalia, & ab eodem oritur hac ra tione illum sectatur. Iam eni recepimus odorem a sapore sicci originem trahere, qui siccus sapor profecto nascit ex sapore qui alit. Proinde si hoc odorum genus & suaue, & permolestũ est, etiã has qualitates habet aduẽtitias. Nam odores sua ues & odiosi dicuntur, quod ad partem referunt, a quo p̃deunt. Quãobrem ii tum ea maxime ani malia oblectant, quẽ cibum capeffere auent, con tra autem molesti, atq; odiosi sunt iis, qui sanè sa turati sunt. Ac quos cibus delectat, his etiam eius odor gratus est. Contra a quo partem animalia re fugiunt, eiusdem etiam odorẽ uitãt. Quare odo res has qualitates suauitatem, & molestiam tãq; aduẽtitias (quẽ admodũ diximus) habent, quod etiam ii cõproban, qui odorum illud per se sua pteq; natura genus adimũt. Non enim tales odo res extarent, si omnes saporũ differentias secta rentur, & qui sunt per se illas qualitates haberent

Itaq; cerebrũ aliorũ animãtia ca lidius est cere bro hominis.

Et ego expior i quodã morbo quẽ Medici ig rãt, & nonnulli putãt spũz me hre igneum in corpe, de quo morbo multa aliã. itaque o dor florũ me admodum iu uat, neq; est o dor melior hu ic morbo, & hæc dũ scribe bã odorabã flo res e qb; aqua rosea fit.

Plato dicit vlt q; ad umbilicũ in Timæo.

Plato dicit ce rebrũ medullã pte in Timæo loco de cere bro.

Com. 46.

Alexã. ignarus rei Platonice nescit huius loci finiam.

aduentitias. quare perinde essent uariae odorum spes, ac diuersa genera essent saporum, reliquum monet eiusmodi odores, qui in saporibus quibus alimur insunt utique animati communes esse. Omnia enim animalia & aluntur, & sensum percipiendi odorem cibi retinent. Ac aliud introducit genus odorum, qui suaves suapte sunt natura, & non aduentitiam suauitatem a saporibus sumunt, quod quidem his de causis fit, quoniam homini odores, neque in esculentis poculentisque inherant, & collocantur, neque a sapore alente proficiuntur, neque ad partus capeffendos, & ad uescendum animalia iuitant, atque attrahunt. quo in genere ponuntur florum odores, qui cum nihil ad cibi appetitionem conferunt, tamen etiam aequae eos delectant qui saturati sunt, quamquam minime. Huius rei uidelicet huius generis odores nihil ad sumendas escas prestare, imo saporibus obtundere testem adducit Stratidem comicum, qui illam superuacaneam componendis uersibus adhibitam ab Euripide diligentiam mordendi irridendi que causa haec dixit.

Cum lenticulae coquitur, nihil olentis infundito. Quasi nihil olens quicquam cibo conferat. quinetiam eundem in odores reddunt ad alendum ineptum, atque ibecillum, cui tamen repugnarunt nonnulli (ut ait) uoluptatis amatores, quando quidem olentium suauitati in primis dediti naturam ad sumenda poculenta cogere uidebantur, cum hi uino eo admiscerent odores, ut assuescerent potu, qui suapte natura insipidus erat, & duorum sensuum quisque gustatus inquam, & odoratus suam uoluptatem capefferet. Iam uero hoc genus odoris (ut ait) non est cuius animalium commune ut illud erat, quod a saporibus, qui animalia nutriunt proficiuntur. Itaque eorum odorum formas ac genera non suapte natura, sed aduentitia ob uarios saporibus distingui Aristoteles tradit, sed huius odoris homini cognatissimi genera nequaquam sequi diuisionem saporum decernit, quod hic odor nihil commune cum sapore habet, quoniam nec suauis, nec permolestus est ob aduentitiam naturam. Fortasse illius odoris species ad eum modum esse statuit, quoniam etiam sunt eorum saporum species, in quibus inascuntur, & quibus sublatis intereunt. Sed odoris suapte natura suauis non sunt species, quandoquidem in his non insident, est quorum sectione species nascuntur uariae. Nam supra retulit. Quocirca quo pacto sint saporum species, & non esse dici debeant, nobis tractandum est. Illud potius forte intelligendum est, quia huius generis non sunt species per se, sed secundum naturam aduentitiam. Etenim suauitas, ac tristitia omnino primae, perque magne differentiae in ipso odore non suapte natura, sed aliena atque aduentitia. Odoris autem qui suapte natura suauitatem & tristitiam affert, haec sane differentiae

suauitas, atque molestia erunt per se & primae, quoniam haec illi natura congruunt. Deinde aliae quoque sunt differentiae, quae sub illis duabus complectuntur, quae etsi nomine uacent, tamen multae sunt suapte natura. Quis enim non uidet est uariis floribus multas oriri odorum differentias? Quia etiam hoc fit perspicuum ex unguentorum quaedam admixtione, & eorum scilicet odorum, qui nulla arte coniunguntur, sed suapte miscentur natura. Caeterum duo genera odorum esse narrat, alterum quod saporum ordinem & naturam sequitur, quodque propterea suauitatem tristitiamque parit, & fundit, alterum quod saporibus sequitur, iccirco aduentitia natura eas qualitates retinet. Non enim quatenus odores suauitatem complectuntur, sed qua ratione sunt quidam saporum nuntii. Hoc genus solum odorum esse ueteres censuerunt, quod & si saporibus sequatur, tamen huius plures spes non afferebat. Sed mehercule est quoddam aliud odorum genus, quod suapte natura, & non comparatione ad saporibus, nec aduentitia natura suauitatem, & molestiam affert. Quamobrem duo extant odorum genera, & minime unum est, quem admodum quidam arbitrabantur, & cum addidisset illud quod est homini peculiare olentium genus, affert causam, cur id homini tributum, atque datum sit. Nam si cerebrum hominis cum caeterorum animalium quouis cerebro conferatur, omne ante ibit frigore, quocirca loca cerebro uicina gelu congeliant, cuius rei illud est argumentum, quod sanguis ille, qui eas replet uenulas per angustas pertenuis & purus est ea de causa, ut probe sentiamus sensuque polleamus. Sanguis porro ille, quia tenuis & exiguus est, per facile coarctatur, & densus fit. Quocirca ad sustinenda defendendaque illa loca frigida odores natura suppetias mittit. Nam fluxionibus & hoc genere morbi quando humor fluit a capite earum partes laeduntur. Equidem cum tibi uapor eas summas partes petit gelu riger, & densus fit, deinde defluit, & ea quae intus sunt suo fluxu commouet. Natura proinde haec odorum ad recuperandam & tutandam ualetudinem, & ad fouendam praedicta loca odorum calore miro artificio edidit. Huius enim odoris generis nullum aliud munus tribuit, quam loca cerebri frigida calore quoddam fouere, & frigus illic ne redundet plus debito temperare. haec itaque sunt odorum natura consistetium differentiae odoratum quidem gratissime, & suauissime. Cum enim sicci sint odores & molli suauique calore digerantur, quanto magis conficiuntur, tanto melius olent, & delectant. Nam bene olent, quoniam eorum humor bene concoquitur, quod sane est in causa, ut odores acutius longeque uehementer nares afficiant, quoties ea obsident loca quae recalent, & sicca sunt. Quinetiam terra est uas, & sicca si imbribus mollita oblimataque fuerit, re-

De his dicit Platonem qui negat odoris esse spes.

Catani vulgo

dolet quidem odorem suauissimum ppter calorem cōceptum atq; inclusum in ea. Nam ex ea tū prodeunt saporēs tenues & sicci. Cōtra si humor indigestus nec coctus in ea ob frigus inerit, odiosi odores, atq; iniucūdi nascunt. Huiusmodi odores naturam hominibus dedisse eorū salutis tuēdæ, & minime alterius muneris, aut officii causa his ferè uerbis exp̄ssit, quibus odores saporū, quos aduentitiam suauitatem & tristitiam habere supra statuit, morbos uarios sæpe creare dixit. Replent igitur caput, qđ sanè certis odoribus potio num facile cōphenditur. At odor florum suauis est, & nos utcūq; sese habentes ferè semper iuant, & salutis ualitudinisq; tuendæ, & recuperandę subsidio ueniunt. Etenim cum aliis temporibus, tum maxime pestiferis & his, in quibus pestis solet corpora uehementer lædere, florum odor hominibus prodest, tum etiam animaduertendum est, ut sese ad ea homines recipiant loca quæ odor salutaria cōseruat. Et cū supra censuisset hoc genus odorum homini proprium, aptū, accōmodatū eē, quonā mō sit propriū patefecit, quoniam non ita proprium homini, ut huic solū congruat, sed huic uel quia maxime, quādoquidem quædam animalia sanguinis exptia, quæadmodum ea, quæ pedes quatuor habent, & quæ aspirant, omnia hoc genus odorum sentiūt. Hæc enim animantia, cum aeris, spiritusq; multo plus quàm cætera hauriant, dum aspirant adducūtq; spiritū extrinsecus, odores unā attrahūt naribus, qui sanè cum suo calore leuiore sint, ad cerebrū conscendunt, & ea loca reddunt salutaria. Odor enim qui bene oleat, suapte natura calidus est, ut supra est nobis disputatum. Etenim caloris artificio oriuntur odores. Ac eodem instrumento ad uarias actiones, natura uti sæpe solet. Iccirco lingua discernit saporēs, fingit uocem, & usum proferendæ orationi exhibet, quibus officiis humana lingua palā fungitur. Itidem spiritu, qui hauritur à pulmonibus natura utitur primum ad cōseruationem eorum maxime, quæ excipiunt extrinsecus spiritum, & respirāt. Equidem confert ad retinendam aīam, & uitam quę intus in pectore inest, quæq; sanè ab aere & spiritu, quasi quoddam opus efficitur. Deinde ad sentiendum odorem. Cum enim animalia auram, & spiritū inspirāt, is sanè spiritus traicitur quasi per nares usq; ad pulmones q cum una traicitur odor, qui in ipso spiritu, uel aere insidet, & ita odorandi actio fit. Refert se iterum ad comprobandū hoc genus odorum esse quāmaxime homini accōmodatū, huncq; ipsum admodum delectare cum propter cerebri molem, quę pro ipsa corporis humani pportione excedit cuiuscūq; alterius animalis cerebri molem, tum etiā qā loca cerebri frigida sunt,

& subsidio extrinsecus egent. Sed cæteris uiuentibus, quæcūq; spiritum hauriunt, quoniam pulmones habent, & aerem inspirant, quo temperat cordis calor, & inspirando odorāt, datum nō est aliis odoribus frui quā his, qui manant à saporibus. Et ne duo instrumenta sentiendi in his animantibus natura effingeret, unum uidelicet quo spiritum inspirarent, alterum quo odorarēt. unū solum finxit inspirandi attrahēdiq; spiritum, ut simul hauriēdo odorarent. Hoc loco te monitū uelim ab eo dici sensum, uel instrumentum sentiendi pro instrumento hauriendi spiritum. Vt enim homini qā aspirat redditq; spiritum duplex genus odorū tribuitur, ita cæteris animantibus alterum horū odorum genus datum est, qui à saporibus his ducuntur quibus animalia alunt. Quo circa hoc solum genus odorū percipiūt. Ea quoq; animalia, quæ non adducunt auram extrinsecus, neq; reddūt, clarissimum est odorandi sensum habere. Solent enim ad cibum capescendum longū iter facere. quinetiā piscium genus, & ea p̄sertim animalia, quæ indiuidua entomaq; appellant, sine inspirandi respirādiq; beneficio odorant. Contenta enim omnino esse debēt animalia, ut eodē instrumento attrahendi spiritum odores percipiant. Quæadmodum enim homines uno sensu odorandi utrūq; genus odorum percipiūt, ita illis sat est unum inspirādi instrumentum. Verbum hoc cōtenta & ad homines, & ad cætera animalia cōmuniter refertur. Sunt p̄terea exemplaria, quæ illud (omnino) non habent. Et si ita fuerint uerba perlecta, clarior longe, ac dilucidior erit sententia.

*Quare nonnulli non imerito quærent quomodo nam instrumento hæc animalia odores sentiant, quippe cum ea quæ spiritum hauriunt uno modo inspirādo odorent. Est enī euidentia animalia, quæ extrinsecus aerem attrahunt, odorandi sensum habere cum eundem inspirant. Cum porro eorum, quæ supra diximus animalium nullum aspirandi respirādiq; munus habeat, dubium est qua uia odorent. Nam sentiunt, nisi quidā sensus introducatur à quinque sensibus alienus, quod sanè fieri non potest. Nam odoratus sibi omne cognatum habet obiectum quod sub sensum odorandi cadit. At uero dixerim illa quidem animalia eiusmodi odorem percipere, sed fortasse non æque, ut ea quæ aspirant, quoniam hæc quoties olfaciūt aliquid, spiritus qui foris est integumentū quasi quoddam operculū remouet, quod sanè in causa est, ut nihil præterquam spiritum hauriendo sentiant. Secus autē in*

Cōte. 47.

his

Aduerte opt. p̄ cepit de tēpo re pestis.



*his animalibus fit, quæ minime aerem inspirant, quandoquidem æque detractum habent operculum, ut ea quæ pupilla forti et dura oculos habentia detrahitis palpebris aspiciunt. Sunt enim animalia, quorum oculi palpebris teguntur, quæ nisi cooperiantur nihil est cernere. Sunt quoque alia, quorum acies fortis, et constans non eget eiusmodi integumentis, quapropter nec ullo, quod aperiatur indiget, sed illico cernit sua facultate uidendi fulta et præmunita.*

Com. 47.

Censuit supra quædam animalia esse, quæ cum omnino aerem inspirant, odore rapiuntur ad escas, quibus ut uescantur longum iter faciunt, de quorum odoratu in dubium reuocandum esse inquit. Is ne alter sit ab eo, quo utuntur animalia quæ spiritum aeremque excipiunt inspirando, quandoquidem illa aspirandi respirandique beneficium non habeant, quocirca sensum odorandi talem (ut diximus) habere minime uidentur, sed potius quædam à quinque sensibus distinctum, quo possint odores percipere. Quæ cum in questionem dubiumque uocet, refert tamen non posse alium cooptari sensum in numerum eorum, quos quinque statuit, cuius rei causam, & rationem affert, quoniam ea odorandi actio, quæ animalia olfaciunt nulli certe sensui præterquam uni odorati accommodatur, quare si odores rerum percipiunt, eorum odorati hoc munus tribuendum erit. Verum odorandi non est cuique uiuenti eadem lex, normaque sancita, sed quæ aerem hauriunt aspirantque, sanè odores percipiunt præprimam aerem, uel spiritum quem inspirant integumentum quasi quoddam operculum atque hostium odorandi uiam aperit, aut remouerit, aut uiam per angustam ampliore latiore uia fecerit, quapropter ea animalia quibus hauriendi spiritum facultas concessa est odorari escas cæterosque odores nisi aerem aspirando nequeunt, uerum non quacumque spiritus adducit traiciturque ad pulmones odor permeat, sed dum spiritus permeat ad pulmones ea pars, quæ odorem defert, unà secum transmeat usque ad nares, ubi munus suum odor exercere sua habilitate potest. Ac non idem iter odores tenere, & spiritum quem hauriunt animalia, uel ex his perspicuum est, quod ore naribusque attrahere adducereque intro spiritum solent animantia, et tamen nihil ore odorant, sed naribus quas uidetur natura ob id munus fecisse, ut quando animal aerem aspiraret, per hos meatus odori aditus pateret. Itaque uiuentia, quæ spiritum hauriunt cum eos aditus narium præclusos habeant, per quos spiritus permeat ad pulmones aliquid postulant, cuius officium sit eos aperire, quod quidem est ipse spiritus. At his animantibus, quæ excipiendi auram spiritumque ac reddendi usum non habent, is locus pa-

tescit odorandi, neque tegitur operculo. Quæ de cæ non petunt, neque requirunt spiritum, qui aperiat fores odoratus. Quod ne uideatur tibi absurdum stultumque esse hæc animalia instrumentum odorandi aliter longe, quæ ea quæ aerem inspirant habere, id ipsum comprobatur, propterea quod sunt quædam uiuentia, quæ cernere non possunt, nisi palpebræ quædam quasi aciei propugnacula, & integumenta aperiantur. Sunt etiam quæ pupillam aciemque oculorum duram retinet, cui propterea non est opus palpebris quæ aperiant, sed suapte firmitate, & nullo externo adhibito subsidio aspectum ad ea quæ ab ipsis cernunt facile conuertunt.

*Præterea cæterorum animantium nullum est, cui permolestus sit eorum odor, quæ male olent, nisi pernitiem quandam offerat. Nam ab intolerabili odoris foeditate solent extinguuntur animalia. Et quæ admodum hominum caput carbonum habitu in grauedinem incidit quo plerumque illi occubunt, ita reliqua uiuentia molestia sulphuris aut bituminis intereunt, et hæc uitant non propter odoris foeditatem, quæ sanè tolerant, sed ne detrimentum capiant. Ac quædam foedos odores habent, quæ terra parit, et fundit, quæque nihil ad gustatum, et esum conferunt.*

Cotex. 48

Partiebatur supra, quod olet in duo genera, quorum alterum eum sequi saporem quo nutriantur animalia dixit, & id ipsum suauitatem, & molestiam aduentitiam habere statuit, cum ab esca perficitur. Hoc genus odorandi sensu omnia animantia fruunt, alterum uero suaue, ac foedum suapte natura asserens homini solum esse accommodatum hac de causa uoluit, quod odor cum calidus sit frigus cerebri temperat, quo abundat id ipsum sanè quia plus humidum pro sua mole habet, quam cuiusuis alterius animantis cerebrum. Cumque supra narum rasset florum odores, qui suapte natura suaues sunt homini à cæteris animalibus non percipi nisi si aluerint ea, nunc autem sese refert ad contrarios, & male olentes odores, quæ suapte natura foedi sunt, & suauissimis odoribus repugnant. Hos autem arceat à sensu cæterorum animalium, propterea quod ut suaues per se odores non percipiunt, ita nec foedos, & molestos nisi quispiam uelit, iter hos odores quosdam reperiri, qui animalia enecent. Nam quemadmodum eos odores, qui eos alunt & salutare sunt, atque suauitatem habent aduentitiam sentiunt, ita eos, qui detrimentum uitæ afferunt percipiunt. Etenim propterea animalia opprimunt, atque enecant, quod foeditatem suam aduentitiam, & manantem ex sapore quo alere deberent, hauriant. Quocirca modum quo intereunt animalia, per

Com. 48.

Alex. Aphro. de sen.

G

Q no eijiant  
serpentes.

xime patefacit dicens. Vt enim carbonū non odore, sed habitu hominum caput, dum spiritū hauriunt grauedine obtunditur, qua quidē plerūq; occūbūt, ita aīalia illa sulphuris, aut bituminis uimagnaq; molestia occidunt, quapropter ab eorū odore refugiunt. Serpentes proinde, cum odorē, ex accensis cornibus exhalantem cauent, tum etiā illum eius herbæ, quā polion uocant non ea de causa uitant, q̄a male olent, sed quia officiūt uitæ, atq; eos perdūt. Ac merito de his sermonem fecit Aristoteles, quod cum animantia quędam ab illa foeditate odorum intolerabili refugiāt, qui nimirum non ab escis prodeūt, sed suapte natura sunt sequi uidebantur, ut odores ita per se suaues sentirent, quemadmodum illos foedos, per se percipiebant, iccirco eosdem ostendit non qua ratione extāt simpliciter foedi, & permolesti p̄cipi ab illis, qui illos olfaciūt, & uitant. Quare hos cauere debent, quęadmodum prosequūtur suaues, & eos quibus aluntur. Huius rei signum affert, quoniā eius generis odores, qui suapte natura male olēt, non cauent, sed plures foedos odores uitant, qui ab herbis nascuntur pestiferi. Verū quod uis animal cum nō fert odorem, qui naturæ suæ nocēt, & cum prosequitur qui suaues est, & prodest. Ac suauitatem, & tristitiam capiunt animalia, ex odoribus, qua illi ratione, in cibo insunt. Delectantur enim his solum odoribus, qui ad gustatum, & pastum aliquid conferunt. Sed quędam incidit dubitatio, quæ sanè ex proxime dictis orīf. Si enim homo (quemadmodum libro secūdo de anima, atq; superioribus uerbis, & eo loco qui nobis causam patefecit, cur saporēs perfectius, quā odores perciperemus) de odoratu differens uoluit olfaciendi sensum longe debiliorem obtusoremque hominibus, quam ceteris animantibus tributum esse. quinetiam hunc ipsum in homine ceteris quatuor sensibus hebetiorem addit, quī fieri potest, ut nos sentiamus omne odorum genus, & cætera animantia eos solum percipiant, qui sequūtur saporēs. At p̄cisa sit, his uerbis dubitatio, quod homo p̄ssime eos odores percipit, quos asseruit aduētitiā uoluptatem, & tristitiā cæteris animantibus afferre. Neq; enim eodem spatii interuallo, neq; ex similima imp̄ssione homo, & belluæ odores p̄cipiūt. Quare si feræ reliquaq; bestiarū genera eos odores sentirent, qui homini solum tributi sunt, nimirum in his percipiendis feræ hominem antecellerent. Quod si etiam nos rogaueris, cur qui homini accōmodātur odores non comprehendūtur à belluis, respondebimus illico non oportere.

Cōte. 49.

*Cum sensuum numerus impar sit qui scilicet numerus medium locum habere uidetur, nimirum*

olfaciendi sensus inter reliquos qui tactus, & gustatus appellantur, atq; inter eos, qui alterius subsidio uelut aspectus, & auditus aliquid percipiūt eundem obsidebit. Quamobrē quod ab odoratu cōprehenditur quędam earum rerum est affectio, quibus aluntur uiuentia. Hoc autē in eodem genere collocatur in quo ponuntur cum ea, quæ auditum ferunt, tum etiam quæ aspectum mouent. Animalia porro quod olet in aere, & aqua cum utriq; id ipsum cōmune sit, odorant. Quinetiā hoc cōmune est rei, quæ attingitur, & auditur, atq; perspicuo. Non imerito itaq; cum siccis rebus conferri solet, quæ humido, & eo quod diffluit perinde asperguntur, ac ablui & infici uideantur.

His uerbis locum quoquo modo medium inter sensum tangendi, & gustatū, atq; inter aspectū & auditum qui alterius subsidio sentiunt, odorati ascribit. Sed usus est, miro argumēto quo illi medium tribuat locum. Cum enim quicūq; numerus impar medium locum quendā locum occupet, & numerus sensuū impar sit, inter sensus erit unus qui medium desideret locum. Hic autē erit odorati sensus. Verum quonā modo mediū locum habeat, & p̄ticeps sit, utriusq; explicat. Quā enim olet qua ratione quędam affectio saporum est, qui degustant, & ob id à tactu percipi queūt, iccirco aliquo modo cōmuniter sentimus, q̄ olēt, quasi quędam, quę attingi & percipi tactu solēt. Nam ea quibus nutriunt animalia in eodem collocantur genere, in quo reponūtur quæ tactu cōprehēduntur. Etenim gustatum quędam fuisse tactum in cōmentariis de anima cōclusum est. Ac eorum particeps sensuū odoratus est, qui sanè p̄ media suas functiones exercēt, quemadmodum aspectus & auditus, cum is odorandi sensus non minus p̄ aerem & aquam, q̄ aspectus & auditus sua comprehendūt obiecta. Animaduerte tamen ubi adiecit (Et perspicuo) per hoc uerbum uideēt uelle rem quæ cernitur, uel quæ in aspectum cadere possit, intelligi. Cernimus enim si pellucidū actu illustratum fuerit. Deinde ex his (ut dictum est) merito odores percipi monet, quādoquidem ambo à definitione complectātur, uidelicet, quæ attinguntur, & media, quibus sensus utunt, quo sua exercēt opera. Iam enim definiebatur odor eē quędam affectio, quę à siccitate rei habētis saporem promanaret ad nares. in qua definitiōe, illud etiam intelligas oportet, ut necesse sit siccitatē nō secus humido oblimatam mollitamq; eē, quā ea solent quæ lauātur, & inficiunt. Dixit non imerito conferri, cum rebus siccis ob lauatiōē, & infectionem. Non enim ad unguē, odor est lauatio, sed

Com. 49.

sed transfertur ab his, qui lauando res inficiunt. Neque enim in aere proprie lauatio fit. Caeterum li-  
quorem, uel quod diffundit perinde dixit, ac hu-  
morem diceret. Aqua enim, & aer humida sunt,  
& diffunduntur. Fortasse uerbum illud (humido)  
ad aquam, & illud (Eo quod diffluit) ad aerem re-  
ferenda esse uoluit, propterea quod ex uapore eo-  
rum, quae effunduntur aer oritur. Cum enim mu-  
tantur humida, ex his nascitur aer. Aqua enim dif-  
funditur magis quando conuertitur in aerem, quo-  
niam aer multo tenuior atque magis aridus est, quam  
aqua, quocirca plus ambitus petit & desiderat  
maiores locum aer, quam aqua. Odor itaque qua ra-  
tione a siccitate oritur, nimirum attingi potest, &  
in earum rerum genere collocari potest, quae tactu  
percipiuntur, qua tamen in humidis conficitur  
quemadmodum aspectus & auditus, cum his sen-  
sibus etiam congruit, qui suas actiones per quod-  
dam medium exercent.

Cote. 50. *Quonam igitur modo tractandae, atque collocan-  
dae sint rerum, quae olent species, et quomodo non  
sint, dictum satis nobis est.*

Com. 50. *Adiecit (dictum nobis est) uel quae species sunt  
solum rerum, quae olent, quas non simpliciter odo-  
res, sed per aliam naturam perflare diximus. Res au-  
tem quae olent, & suapte natura suauis sunt & foedi  
de non diducuntur in species. Vel citius dicas uelim  
non esse species per se odorum, qui principio non  
habent quicquam suapte natura iucundi aut foedi,  
quod sane quidam arbitrabantur, sed species eorum  
assignatae esse uidentur, qui cum solum homini ac-  
commodantur, tum etiam suapte sunt natura suauis,  
& permolesti. Suauitas porro atque molestia in his  
collocantur, & diiudicantur secundum earum rerum  
naturam quae olent, & odores suauis, & foedi in-  
ter se specie differunt. Verum quoties idem odor erit  
modo suauis, modo uero permolestus, non erunt  
eae odoris eiusdem affectionis diuersae species quae  
fieri nequit, ut idem a se specieque discrepet. Qui  
itaque odores natura distincti erunt suauis & odio-  
si si nimirum specie dissidebunt. Quare si quis mal-  
let communes caeteris animantibus intelligi, qui ab  
his saporibus percipiuntur, quibus aluntur animalia  
quam eorum species nunc dici, qui homini solum tri-  
buuntur necesse est, ut species odorum per se (quae-  
admodum nonnulli) neget.*

Cotex. 51. *Caeterum quae de odoribus quidam Pythagorei  
tractauerunt, non uidentur quidem consentanea, quip-  
pe qui asserunt animantia quaedam odoribus aliis. Pri-  
mum enim cuique patet cibum esse multis coagmenta-  
tum esse oportere. Quae enim aluntur minime sim-  
plicia existunt. Quocirca ciborum excrementa uel*

*in his inherere quae comedunt, uel extrinsecus sunt  
quemadmodum in plantis est animaduertere. Dein-  
de neque aqua solitaria nullique commixta aliquid alere  
potest. Quod enim constituendum est, incorporatum  
esse oportet. Quod si aqua sola simplexque corpora-  
ta esse non potest, consentaneum est ut multo minus  
aer incorporatus fiat.*

Eandem opinionem, quam nunc quorundam  
Pythagoreorum fuisse significat nonnulli medici  
sectabantur qui his rebus, quae olent, & qua ratione  
olent alia uiuentia existimauerunt. Quod uero abso-  
lutum cuique uideri hoc debeat, odore scilicet nutri-  
cari animalia ex eo declarat, quod pastum cibumque  
oportet esse esse multis concretum, quandoquidem  
quae aluntur eiusmodi sint. Neque enim corpus sim-  
plex, neque simpliciter existens, quemadmodum in com-  
mentariis de anima scriptum reliquit, uim alendi  
quidpiam habet. Ac plura neque aqua solitaria nu-  
truntur. Sed ne cibus uideatur simplex excremen-  
torum argumento comprobatur, quippe quae omnia, uel  
sicca, uel humida sunt. Animantia uero excremen-  
ta digerendo intus in aluo primum congerunt, de-  
inde deiciunt. contra inquit in plantis extra ex-  
crementa adiciuntur, in quibus sane erit excre-  
mentum, ut gummi a plantis defluentes, uel quaedam  
corpusecula, quae prope radices terrena, aut cinis  
instar inueniri solent. Quinetiam a foliis extrinse-  
cus, quaedam uelut excrementa deici uidentur,  
immo harum cortex est quoddam genus excremen-  
ti. Fruges autem uel fructus extrinsecus conco-  
quuntur, & non quemadmodum cibus intus in sto-  
macho animalium coquitur, & digeritur. Adde  
ubi maturati fructus fuerint extra uidentur excre-  
menta, quod si cibus est corpus, & aer per quem  
odor ad nares peruenit, & traicitur est simplex,  
itaque is aer animalia alere non poterit, quem aspi-  
rant atque hauriunt dum olfaciunt. Adhibet quoque  
aquam ea fortasse de causa, quia uidetur quaedam  
alere uiuentia, sed haec me quidem hercule sola,  
nullique rei admixta nihil alere ualet. Esca enim si  
aliquid nutricari debet, consistat & solida sit opor-  
tet cuiusmodi aqua sola ac solitaria esse non potest.  
Quod enim constituendum est oportet solidum  
corporatumque esse, si per concoctionem mutari de-  
beat, & perfici. quare obrem agros stercoreant agri-  
colae, & aquam infundunt his locis in quibus ar-  
bores, & stirpes inserunt. Neque enim quae nascun-  
tur ut truncus, radices, cortex, fructus, simplicia  
sunt. Quare si aqua sola nequit aliquid alere, mul-  
to etiam minus aer id efficere poterit, quoniam lon-  
ge tenuior est, & minus incorporatus, per quem ta-  
men multa quae olent ab odoratu percipiuntur. Ar-  
gumentum est a maiore, & minore.

Com. 51.

Alex. Aphro. de sen. G ii

## DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

**Cōtex. 51.** Præterea est alius locus in animalibus certus, qui cibi potionisq; quoddam receptaculum est, è quo cibus in reliquum corpus dilabitur, sed instrumentum res odorandi quæ olent in capite collocatur, et odor ad illum locum usq; pertingit, à quo una cum spiritu, quæ hauriunt animalia excipitur. Quapropter odor per eum locum qui excipit extrinsecus spiritum transit. Itaq; res, quæ olent qua etiã ratione olent nihil cōferre ad id quo aluntur animalia perspicuum est. Quod uero ualetudini odor magno sit adiumento cum sensu teste, tum etiã ex antedictis clarum est. Quare non secus quæ olent ualetudini profunt, atq; sapor rei inhærens quæ uim alendi quidpiã habet, his quæ nutricantur adiumentum afferre solet. Finem itaq; dicendi de singulis sensuum instrumentis fecimus. Reliquum in dubium uocari potest si corpora quæq; singula in infinitum diuiduntur nũ affectiones eorum quæ à sensu percipi queunt sicuti color, sapor, odor, strepitus, graue, frigus, calor, leue, durum molle ita uel non ita diuidi possint. Harum enĩ quæuis sensum ciet. Dicitur propterea omnia solent, quia mutandi sensum facultatem habent. quamobrẽ si uis in infinitum secatur, necesse est ut sensus itidem partiatur. Adde omnem magnitudinem à sensu percipi posse. Album enim nisi quantum esset, haud sanè cerneatur.

**Com. 51.** Hoc sanè agumento quædam animantia odore ali non posse demonstrat, quoniã locus est definitus in corpore in quem dilabitur cibus, quæ sanè alius est, & receptaculum dicitur potionis & cibi, è quo permeat concoctus atq; confectus cibus ad reliqua corporis membra, quibus imperitur, qui (ut dixi) concoctus in sanguinem purum mutatur, ac conuertitur, & hic primum ad cor perlabitur, à corde deinde in reliquas corporis partes distribuitur. Quod si alius uenterque esculentorum ac poculentorum receptaculum est, quoniam ab ipso dilabuntur, diffunduntur in oĩa membra, quæ aluntur, nec spiritus, nec odor ab alio concipitur, itaq; odor non erit in eorum numerum reponendus, quibus alimur. Quod uero odor nec uentrem aliumq; neq; eum omnino locum pertingat, qui cibum excipit, uel ex hoc maxime probauit, quoniam instrumentum odorandi propter caput sedem habet, nec odorandi sensus perficitur, nisi spiritus, & uapor ei operã suã nauent, sed spiritus quem hauriunt animalia minime ab alio uentreq; recipitur, nec omnino in

eum influit locum ad quem cibus cōfluit, sed ad pulmones conuolat. Quãobrem siue ad cerebrum quo sanè in loco olfaciendi instrumentum collocant, siue ad pulmones, quo spiritus extrinsecus adductus peruenit odor permeauerit, pfecto nõ erit aliquid quo alantur animalia. Neq; eo adduci argumẽto aliquis debet, ut odore animalia nutriantur, propterea quã quædam animantia odoribus reuiuiscere quasi uideantur, quæ defectione animi, aut syncope opprimebantur. Non enim cibus solum, neq; odor tantum affert ægræ naturæ beneficium, quinetiam aqua aspersa iacentes homines, atq; ictus elanguẽtes uires reuocant, quibus tamen nõ aluntur animalia. Cæterum inquit cuiq; perspicuum esse rebus olentibus, qua ratione olent nullum animal ali posse. Attende quoniã adiecit (qua etiam ratione olent) quoniã etsi ipsa rerum olentium natura nõ alimur, tamen aduentitia & ex accidente odores alunt, propterea quod cibo accidit, (quemadmodum diximus) ut bene oleat. Quod præterea hominibus odores profunt, ut ualetudinem amissam recuperent, sensu id perspicuum esse ait. qui enim his odoribus utuntur rectius se habet, & perraro in quosdam morbos incidunt, quod maxime quidem, uel eo tempore hisq; locis liquet, quæ pestifera sunt. Deinde inquit idem ex his quæ antea differuit clarum eẽ, quod suauis rerum olentium odor cum calore concoquitur & digeritur, & caput per nares petit, quæ sanè capitis locus ob cerebri gelu hoc subsidiũ uehementer desiderat. Odorem quoq; ita se habere ad ualetudinem, uel recuperandam, uel conseruandam tradit, atq; sapor ad ea confert, quæ nutriuntur, quæ proficit nauatq; operã adhibitus, ut quæ nutriuntur cum non ita suauia uideantur, ut deberent auidius, uel libentius sumantur. Rursum. n. odor tuẽdæ salutis & ualetudini prodest, quoniã eum replet temperatq; capitis locum, qui maxime alget in corpore. Reliquum in dubium uocandum esse dicit, si omne corpus in infinitum diuidi queat, eius ne affectiones quæ à sensu percipi queant, & instrumenta atq; res, quæ singulæ sua parte sunt naturæ sensibus subditę in infinitum secantur. Sed de instrumento tactus mentionẽ nõ fecit, quod cõnexum est cum illo quã aspectu tribuitur, uel quæ de hoc libro de anima copiose disputatũ est, quocirca hoc libro prætermissum eẽ de instrumento tactus opinor. Reliquum dubitat mouetq; quandam questionem quæ de rebus à sensu perceptis suscipienda est. Quærit enim affectiones quæ à sensibus capiuntur, ita ne diuidantur in infinitum, quẽadmodum corpora, quæ sanè affectiones sunt, uelut colores/sapores/odores/strepitus/grauias/leuias/calor/frigus/humidum/siccum/molle/durum/cæteraq; singula simplicia contraria.

ria. Hæc omnia sunt corporum affectiones, quod illis accidunt. Quæstio itaq; hoc loco, pertractanda hæc est, hæc affectiones simul, ne cum corporibus in infinitum diuidi possint, an sectio terminetur earum, & corpora secantur in nonnulla quæ has affectiones deferant, quæ à sensu percipi dicuntur. Dubitat porro hac de causa, quæ si utrūq; detur, & concedatur absurdum sequitur. Si enim affectiones unà cum corporibus diuiduntur, quia quæq; affectio sensum mutare atq; efficere potest. Etenim unaquæq; est, uelut album, atrum, calor, frigus, dulce, amarum, uel id genus. Sed quod à sensu comprehendere potest, eundem mutare ualet, id est quia ociosum sensum ab inertia & ocio ad actionem traducere potest. Non enim quoduis quod à sensu percipi potest, iam perceptum est, neq; propterea sensus actionem suam exercet, quia quod sensu tandem capitur potest percipi, uerum simul existunt, id quod à sensu percipi potest, & id quod sanè facultate cernendi sensum habet, sin uero, non esset, id quod sensu capere ualet, porro si affectiones unà diuisis corporibus in infinitum scinderetur, nimirum potestas, qua sensum afficiunt in infinitum secabit, quin etiam sensus earum capax actu abibit per sectionem in infinitum, quia singule sunt magnitudines id est corpora, quæ à sensibus sentiri queant, quod si omne corpus sensu percipi, & omnis magnitudo uideri, ac sentiri potest, quoniam quodcumq; uideri potest, id nimirum à sensu etiam percipi potest. Album enim aliter uideri non posset nisi quatum esset, quare color est in quatum lacum magnitudine, & hac ratione aspici potest, quocirca est moles eius ab aspectu cerni & sentiri poterit, unum nullum erit corpus præ sua paruitate incognitum, uerum mihi uidetur quaedam extare magnitudines corporisq; partes, quæ sensum atq; obtutum oculorum fugere existimantur. quod si hoc fateamur, non quilibet corporis partem affectionem à sensu percipiendam habere dicemus. Sed defendatur quilibet partem habere totam affectionem, cuius sanè partis moles sensu queat percipi. Petitio namq; Aristotelis erit prima, quod si affectiones corporis in infinitum secantur, & quæuis corporis pars itidem diuidatur, nimirum omnis moles à sensu & percipi & uideri poterit, deinceps autem sese conuertit ad contrariam petitionem subiectionemq; in qua hoc profert affectiones unam minime secari cum corporibus in infinitum & inquit.

Cōtex. 53.

Quod si aliter eēt ac diximus, quoddam extaret corpus omnino coloris imo ponderis, ac cæterarum huius generis affectionum expers, quare id sanè ipsum omnino à sensu percipi non posset. Nam hæc à sensu capi queunt, itaq; quod potest sensu perci-

pi, concretum erit ex his, quæ sentiri nequeunt.

Hæc dicere uoluit. Quod si affectiones haud simul cum corporibus non secantur, in infinitum nullæ profecto essent diuisi corporis partes quæ nullum haberent colorem: quid dico colorem, imo nec pondus, nec aliam quamuis sensui accommodatam. Et si hoc dabitur quædam alia erit magnitudo, quæ cum ex his coagmentata erit, quæ sensu comprehendere non poterunt, tum etiam nullam habebit affectionem, quibus sanè dictis hæc subiungit.

Com. 53.

At uero necesse est propterea quod non ex mathematicis constant.

Cōtex. 54

Necesse est, ut naturale corpus, & sensu comprehendibile, in partes naturales diuidatur. Nam omne corpus naturale, ex his constat, & coagmentatur, quæ si non ex his constituetur, neq; in hæc ipsa diuidetur, nimirum corpora naturalia à mathematicis constabunt. Nam mathematicæ res non afficiunt, sed corpora naturalia, & sensu percepta, ex his constitui nequeunt. Appello autem corpora mathematica, quæ reuera non subsistunt, sed animi notionem comprehendunt ab affectionibus abstracta.

Com. 54.

Præterea quoniam hæc discernere atq; cognoscere uidebimus? An mentes? Sed me quidem hercule hoc fieri nequit, cum neq; ea intelligi queant, neq; mens ipsa exteriora nisi sensus ope comprehendat.

Cōtex. 55.

Has inquit affectiones, & corpora, quæ sensu percipi nequeunt si extiterint eiusmodi quædam in quæ diuidantur corpora, sensu percipienda quoniam discernemus, & percipiemus? Omnia enim quæ comprehendimus aut intelligi, aut sensu percipi queunt. Etenim duos nobis instrumenta ad res percipiendas, natura dedit, alterum quo res intelligeremus, alterum uero quo sentiremus, ac suam cuiq; differentiam ascriberemus, sed corporum huiusmodi partes, nec affici, nec intelligi, nec sentiri queunt. Non enim mente comprehendere possunt, quoniam per se suapteq; natura cognosci nequeunt, quadoquidem mens humana non queat res, quæ sunt in subiecto, abstractas simplicesq; à subiecto distractas sine subsidio sensus intelligere, quinimo neq; substantias indiuiduas. Nam harum species, & communia non subsistunt ab illis abiuncta, atq; auulsa, & per se existentia. Nam mens ipsa comprehendendo quædam communionem facit, quare comprehenduntur mente, ut subsistunt, & non extra quasi quædam omnino separata. Quod si horum nullum mens percipit sine sensu, & sentiri nequeunt, itaq; nec mens, nec sensus hæc discernet. Etenim mens ope sensus percipit ea, quæ in sensum cadunt, quoniam ubi à sensu primum fuerint percepta,

Com. 55.

mens deinde hæc ipsa contemplari aggreditur, & eorum differentiam afferat, & definitionem cuiuscunq; concipit, & tradit. Item hæc ipsa quoniam modo se habeat ad communia rimatur, quia omnium definitionem, & accidentia, & formas comprehendit.

Côte. 56.

*Ac si hæc se habent quemadmodum qui indiuiduas introducunt magnitudines testimonium afferunt, eo sane modo præcisa erit dubitatio.*

Com. 56.

Hoc etiam absurdum eorum opinioni adiungit, qui corpora sensu percepta, in ea diuidunt, quæ sunt affectionis expertia, quoniam cum illis consentiunt, quæ magnitudines, indiuiduas subiiciunt, & tuentur. Quæ enim illi ratione utuntur, necesse etiam est, ut hanc ipsam illi sibi accommodent, & diluant controuersiam, quæ contra illos afferri solet. Qui enim indiuiduas magnitudines defendunt omnia corpora esse affectionis expertia asserunt, uerum affici, & qualitate quadam informari uolunt, simul ac quadam mutua coagmentatione, & figura inter se concreta, & admixta fuerint. Hoc autem urgeatur uti quoque dicere, quandoquidem in quadam partium quæ sunt affectionum expertes oriri, & corporibus accidere dicat oportet, quibus dictis annectit.

Côte. 57.

*Verum hæc fieri nequeunt, de quibus in commentariis de motu nobis disputatum est.*

Com. 57.

Hæc uerba, Verum hæc fieri nequeunt ad eos referuntur qui hæc coguntur dicere, si dubitationes dissoluere cupiunt. Idem enim in ea, quæ fieri non possunt hi sane incurrunt ut uti, qui indiuiduas magnitudines astruunt. Verum libro de motu iam pridem ostensum fuisse hæc fieri non posse dicit. Libros nunc uocat de motu, ultima uolumina quæ uulgo appellantur de naturali auditione, in quibus nullam indiuiduam magnitudinem esse ostenderat.

Adraffus. 6. 7.  
8. lib. de physico auditu.

Cōtex. 58.

*Cæterum sublatis dubitationibus una quoque perspicuum erit cur coloris, saporis, sonorum, & cæterorum, quæ a sensu percipi possunt species certo & definito numero sint constitutæ. Quæ enim extrema habent horum finita etiam illa, quæ interiacent esse oportet. Nam quodcumque sensu comprehendere potest, contrarium habet, ut albo nigrum, & dulci amarum, atque in alijs sensuum obiectis extrema sunt contraria.*

Com. 58.

Dubitatio, quæ sanè erat, ea uidetur dissolutio. Quod si affectiones simul diuiduntur cum corporibus, quæ diuiduntur in infinitum, absurdum esset hoc, quoniam omne corpus omnemque magnitudinem a sensu percipi, aut si non diuiduntur,

corpora constabunt ex infinitis expertibus affectionibus. Inquit porro diluemus dubitationes, quibus sublatis apparebit cur finitæ sint earum rerum species, quæ a quouis sensu percipiuntur uelut species colorum, saporum, strepitus, soni, odorum & earum rerum, quæ tanguntur. Hoc enim supra accipit tanquam inuestigandum esse, nunc uero tollendæ controuersiæ & hæc ostendendi normam uelut loco accommodatam affert. Si enim affectionum sectio in infinitum fit, quærendum est nunc per se species ipsarum infinitæ sint, & per se affectiones diuidi possint in infinitum, an minime neque suæ species finitæ, ne sectio earum in infinitum, & omnino in magnitudines minime per se sint diuiduæ, sed aduentitio modo, quia si diuiduntur ea, in quibus collocantur affectiones in infinitum, unam etiam diuidantur affectiones oportet. Et primum causam explicat cur certas habere species rerum quæ a sensu percipiuntur oporteat, deinde propositæ dubitationi tollendæ & rationi annectit, quomodo una altera iuuet. Ratio hæc est, Quæ habent extrema id est quorum extrema definita certaque habentur, necesse etiam est, ut quæ interiacent media finita certaque existant, sed extrema in omni genere contraria dici debent, si quidem plurimum inter se distent, & quorum unum plurimum ab altero abest, illud certum est & terminatum, quare quæ sunt contraria horum extrema finita sunt. Sed affectiones quæ in sensum cadunt, contrariæ sunt, quod sanè demonstrat per singula, quæ a sensu percipi possunt. itaque omnium quæ in sensum cadere possunt species finitæ sunt. Si enim quorum extrema terminata sunt, horum etiam media finita dicitur: itaque ea definita existunt, quæ contraria esse uidentur: & cum in affectionibus quarum sensus est particeps repugnantia collocetur, quæ igitur a sensu percipi ualent finita sunt. Aduerte cum dixit. Quæ enim extrema habent, horum finita etiam illa quæ interiacent esse oportet, in præsentia tanquam clarum & concessum petit. Hoc sanè primo libro de posteriore resolutione demonstrauit, quia si quæ interiacent non essent finita, nimirum neque extrema finita uere dicerentur, cum nobis negatum esset ad finem limitemque peruenire, quia media sunt innumerabilia & infinita. alia quoque formula rationis hoc modo adduci potest, in qua ostenderetur quæ in sensum cadunt, non posse diuidi in species infinitas. si enim omnis species de indiuiduis innumerabilibus enunciatur, itaque infinites infinita erunt, quod si dixeris infinitas de infinitis indiuiduis dici, saltem plura infinita simul erunt, quod quidem fieri non potest, quandoquidem alia infinita connexa aliis infinitis mutuo sese terminarent. præterea unum infinitum altero uel maius uel minus esset.

Cōte. 59. Continuum itaq; cum in infinita, quæ nequaquã æqualia relinquuntur tum etiã inæqualia, quæ certa definitaq; sint diuiditur. Quicquid ergo in species finitas secatur, suapte natura dici cōtinuū nequit, cum igitur affectiones quædã quasi species dicendæ semperq; cōtinuum sint, ea sumenda est explicatio, qua aliquid actu à potestate differt. Quocirca mily pars decies millesima uideri non potest, quod aspectus eam præterit. Itidem diesis sonus in cantilenis sensum auditus fugit, et si uersum cantū continuum aures exaudiunt. Etenim inter extrema interuallū sensum præterit. Hoc etiam modo minima cætera quæ a sensibus percipi possunt, præ sua paruitate non cōprehenduntur. Nam tum potestate uideri possunt, sed actu ubi primum fuerint separata. Nam pedalis linea potestate est in ea quæ duobus cōstat pedibus. Sed ubi diuisa fuerit hæc, illa iam actu subsistet. Verum ubi distracti fuerint hi sanè excessus, cōsentaneū est, ut non secus in ea dissoluantur, quæ cōtinent, quã exiguus sapor in mare infusus. Reliquū quia excessus non suapte natura a sensu percipi potest, neq; etiam si separetur. Nam excessus potestate percipitur a sensu qui acutior perfectiorue sit. Quinetiam eiusmodi a sensu cōprehensibile cum separatum fuerit, actu non sentitur, attamē senti ri potest. Nam tum potestate existit eiusmodi, sed actu ubi ad reliquas partes accesserit sectio.

Com. 59. Proxime dixit ex his, quæ nūc dicta sunt, tolli controuersiam & dubitationem unaq; finitas eē rerum, quæ sensibus subiiciuntur species demōstrari. Diluet enim dubia uiam rationemq; afferens, quomodo affectiones una si diuidantur cōtinua in infinitum itidem secantur, atq; quonam mō oēs rerum a sensu cōphēsilium partes ab eodem percipi ac non percipi ualeant. Species inquit rerum sub sensu cadentium, non sunt innumerabiles (ut demonstrauimus) etiam si diuidentur in infinitum: quæ enim contraria habent, media quoq; horum certa & terminata sint necesse est, quocirca species rerum a sensu cōphēsilium finitæ sunt. Neq; hoc modo suapte natura secantur, sed per alienam, quandoquidem affectiones diuidantur diuisis rebus in quibus collocantur. Absurdum enim esset ea quæ in rebus a sensu percipiendis ponuntur sentiri non posse, quã sanè contingeret, si corpora in infinitum secarentur. Nam hæc uerba quæ sensu percipiuntur unã tum his diuisis diuidi patefaciunt, quonam mo

do continui sectio ab ea discrepet, quæ rei minime continuæ congruit, quemadmodum sunt corporum affectiones. Continua porrò ait secari in ipsa finita si non diuiderentur inæqualia. Eorum autem sectio in infinitum est, quemadmodum libro de naturali auditione probauit, ubi etiam uidetur insinuasse utroq; modo cum in æqualia tum in ipsa inæqualia continuum diuidi posse. Quæ uero non continua sunt uelut sensu comprehensibilia, & omnino affectiones per se diuiduntur in species finitas. Quæ enim continua sunt non in species, sed in magnitudines secantur. Atqui horum species finitæ sunt, quia sunt contraria. Clarū tãdem est cōtinuum diuisum in æqualia secari in ea, quæ finita certaq; sunt. Omne enim cōtinuū finitum est, quoniam iã pridem reiecit in infinitum actu. Et cum omne finitum a sua quauis parte metiri queat. Etenim si dimetiens id quod est extremo loco relictum huic ipso non adequabitur, sed excedet, nihilominus idem dimensum est. Quod si mensurauit, patet certe ut quota quæq; continui pars finita sit, atq; ut tantum cōtinuū sit, quantum repetitis uicibus dimetiens erat, oē itaq; continuum diuiditur in æqualia finita, uerum sectio continui per inæquales portiones semper fit. Si ergo qui scindit tantum abstulerit a diuisa parte quã detrahit ab eo, a quo primum ademit, et si secundum quã proportionem (ut iã dictum est) totum diuidit: secundum eandem etiã pars diuideretur, & huius adhuc diuisæ partis itidem pars secaret, cui dubium erit hoc modo sectionē in infinitum perficisci. Hæc itaq; sectio est cōtinui, sed nō cōtinui illius, in quo genere collocantur qualitates a sensu comprehensibiles, quoniam si diuidentur per se, in species finitas diuiderentur (ut demonstrauimus.) Dubitatio inquam erat, quæ si non secus affectiones ipsorum, quã corpora diuidentur, & reliqua iã dicta sunt. Hæc porrò demonstrans ait affectionum diuisionem per se perfici in eas species, quæ finitæ sunt. Affectiones enim corporum in numero formarum reponunt, quæ a sensibus percipi queant, nec dici queunt magnitudines, nec suapte natura continua iccirco in ea, quæ certa sunt & terminata diuiduntur. Verum quia sunt patibiles qualitates cōtinuorum, & in illis inherunt, & unã cum illis subsistunt unã his diuisis non per suam, sed illorum naturam diuiduntur. unde perspicuum est cōtinuis diuisis has quoq; secari. Cum ergo continuum potestate in infinitum secetur, itidem potestate eorū affectiones in infinitum diuidentur. Inquit porrò oportere accommodare eam distinctionē de actu & potestate continuis quæ a sensu percipiuntur. Nam alterum est id quod potestate a sensu percipi potest, & alterum quod actu percipit. Et quæadmo

dū continui partes in ipso uniuerso potestate existunt, ita partium affectiones, quæ in sensum cadere possunt, potestate comprehendi queunt à sensu. Nam miliū suapte solitariaq; natura à sensu percipi potest, cum suapte natura subsistat, sed eius pars millesima potestate cōprehensibilis est à sensu, quia non existit, nisi in ipso milio continuo. Aspectus quoq; cernit eius partem dum totum milium aspicit, attamen illam nō per se uidet, sed illam percipit uelut existentem in ipso uniuerso. Itidem fit in ipso sono ubi diesis percipitur cum uniuersa cantilena continuatur, cuius diesis sonus est pars. Hunc sanè sonum per se solitariūq; auditus non percipit, sed potestate eūdem exaudit, quia est pars cantus. Cum porrò dicit auditū uniuersam cantilenam continuam exaudire addit interuallum diesim, quā partem cantus & intermedium extremi, idest uniuersi interualli cantilenæ dicit, quod quidem interuallum seu diesis uix percipitur & latet, si cōferatur cum extremis sonis. Nam interuallum medium iter extremos sonos est pars uniuersæ cantilenæ, quæ exauditur & tum non per se actu uidetur, quia nō est solitarium, neq; per se, ut itaq; cōcludit partes rei quæ cernitur, & quæ auditur minimas latere sensum, ppter ea quod nec actu percipi queunt, nec sunt per se quando fuerint partes, sed potestate, itidem aliis rebus contingere tradit, quæ sunt sensibus percipienda. Nam exiguæ partes rerū quæ à sensu capiuntur potestate à sensibus comprehenduntur, actu uero nequaquā. Quod uero principio nō separatæ sint, neq; per se exemplo declarat, quoniam pedalis linea actu nō est in ea, quæ duobus constat pedibus, sed potestate, tum sanè actu sit pedalis quando seiūcta fuerit & solitaria, atq; auulsa à continuatione poterit accipi. ubi ergo partes cōtinuæ fecit, ut essent à sensu potestate & nō actu cōprehensibiles, quærit deinceps si omnes abstraherentur à continuatione per se solitariaq; percipi possent. quòd si hoc quispiā negauerit, quomodo itaq; qualibet potestate in ipso uniuerso continuo collocatur? Et inquit quotā & quāuis partem diuisionis ubi quælibet auulsa fuerit, nō ita remanere, ut uideatur millesima pars milii superesse. Item pars milii affectionē, quæ sanè erat ei dū esset milii pars iterit, & mutat in continētē aerē, quo iterū mutato uicissim reciprocant cōtinuū. ut. n. uinū quātū capit ciathus, si in mare infunderet naturam suam, & uim amitteret, quin etiā in naturam maris cōuerteretur, ita quota pars rei est, quæ in sensum cadit, minima à toto suo distracta atq; diuisa si diuideretur in continens resolveretur. Quare neq; hoc modo subsistet separata cū illico eius pars effecta sit id, in quod resoluit, imo si etiam maneret nec interiret, uel in aliam naturā

mutaretur, neq; hoc modo actu perciperetur à sensibus sed potestate. Omnes enim uniuersi partes, quoad partes fuerint, percipi queunt, à sensu sed minime actu cōprehenduntur. natura itaq; ptiū hæc est, & quota pars ob exiguitatē sensum fugit, & cum ab uniuerso distracta fuerit, solū potestate percipi potest, & hac ratione sentiri ualet, quia anteq; à suo abstraheretur uniuerso potestate à sensu cōprehensibilis erat. Cur uero quæ ab aliis seiūcta ob suam exiguitatem sensum fugiat, hæc me quidem hercule est causa, quoniā sensus excessus per sese non potest à sensu concipi, idest non quota queq; pars rei quæ sensu percipi potest sola ac separata ab eodem percipi ualet. Dicit enim excessum sensus perinde ac dixisset pro ea parte quæ actu sentiret. Excessus inquit rei quæ à sensu comprehenditur eius est pars, qua dempta præcisauit quod restat etiā actu sentire potest, sed potestate. erit etiam ad hunc sanè modum, quādo est in uniuerso collocata à sensu cōprehensibilis & actu nequaquā. Neq; enim quia quādo pars uniuersi non sentitur actu nihil sentitur actu, quinimo uniuersum actu percipit & quota queq; pars potestate comprehenditur uel hoc dicere maluit. Ut enim uis sentiendi perfectior anteit quadam potestate eam quæ imperfectior est, ppter ea quod alio modo non potest, quā sentiendi facultas perfectior imperfectiorē excedere, uerūtamē eius excessus non capitur sensu. Cum uero ait à sensu percipi potest, id uoluit insinuare, cui munus est res sentire. Non enim si quis tantā uim sentiendi haberet, quanta est illa in accuratiore sensu uel perfectiore qua scilicet sensus perfectior excedit hebetiorem, is diceretur sentire, & posse intendere sensum, quia non erat ille excessus nisi potestate & non actu separatus. Itidem fit in his quæ à sensibus percipiuntur rebus, quædam eorum partes ita se habent, ut dum partes existunt uniuersi potestate cōprehēdatur & minime actu, quasi dum uniuersi partes sunt, ad id cōferant ut uniuersum à sensu possit cōprehendi, attamē cū separatæ fuerint, non erunt à sensibus cōprehensibiles. Nam excessum sensus eius dicit, qui perfectior est eo, qui minus acute sentit. Nā sensus acutior aliquid plus percipit, sed non ita ut excessum solitarium percipiat, quia id quo excedit & præstat non uidet oculus, sed acutius per illud cernit. Quæ ergo uoluit Aristoteli. quā sanè eleganter patefecit, cum utatur sensus excessu, cūq; hoc modo unum cum altero cōferat, ut enim acutioris sensus excessus cōfert, ut aliquid percipiat, qui sanè excessus abstractus à sensu non percipitur, ita neq; quota pars rei à sensu percipiendæ separata poterit à sensu percipi, sed itidem percipitur separata ut percipiebatur quando erat sui uniuersi pars, quod tunc potestate



state cōprehensibilis erat. Hic enim excessus ac/  
rioris sensus suapte natura acceptus potestate sen/  
sus est quoniam addita, ope alterius facultatis p/  
cipitur. Verum ne censeas ob id omnino non pos/  
se à sensu percipi, atq; impatibilem eē, quia separa/  
tus nō potest percipi, sed erit solitarius & res qua/  
dam per se potestate à sensu cōphēnsibilis. Nam  
affectiones eas habet q̄ in sensum cadere possunt,  
uerum ob paruitatem nequeunt sensum ferire,  
acciere actu uero à sensu cōphēnsibilis erit, quā/  
do ad reliquas partes accedet. Cum enim congre/  
gantur ea quæ suapte natura separata potentia, so/  
lum à sensu percipi poterant, quia ob tenuitatē  
sensum actu mouere non possunt, tum ex his ori/  
tur tantum quantū me hercule sensum actu mo/  
uere potest. Non enim solum qualitate, uerū etiā  
magnitudine potentia motus, qui fit in re sensu  
cōphēnsibili actu percipitur ab eodem, uerū  
nō ita ut uterq; iporū sit suapte natura à sensu cō/  
prehēnsibilis, sed hoc modo quoniā cum hæc quæ  
possunt cōphēnsibilis à sensu ubi primū congerū/  
tur, in unum cōferunt uniuerso ut percipiatur,  
sed hæc ipsa non sunt ita cōprehensibilia actu ut  
aliquando fieri per se possint sed tanq̄ partes. Erāt  
enim partes rei quæ à sensu per se cōphēnsibilia  
erant, & posterior potentia erit qua partes sunt uni/  
uersæ, & à sensu cōprehensibiles sunt actus ea po/  
testate quā habent, ut sentiri queant, cū separatae  
fuerint. Tum enim sensus eas cōprehendit, & ali/  
quando sentit, & si non percipit eas tanq̄ actu se/  
paratas, quæ cū demonstrauit hæc subiungit.

Cōtex. 60

*Quasdam itaq; magnitudines ac affectiones  
esse, quæ ex cur lateant ex quonāmodo sentiri ac  
non sentiri queant diximus, cum porro tot in eadē  
magnitudine inerint partes ut actu etiam, ex non  
solum in uniuerso collocatae, sed auulsæ ab eodē  
sentiri possint has numero finitas esse necesse est,  
Similiter, colores, sapes, sonos finitos esse  
oportet.*

Com. 60.

Adiecit magnitudini & affectiones quoniā nō  
eo magnitudines sensum latēt quia sunt affectio/  
nis expertes. Nam hoc modo æque affectiones ac  
magnitudines obscuræ essent, atq; laterent, Dixit  
autem (& cur) quia non propterea illæ magnitu/  
dines effugiūt sensum quod sunt impatibiles, &  
sine aliqua differentia sensui clara. Nam hoc mo/  
do dubitatio esset an ea quæ sentiuntur, & patiū/  
tur cōstent, ex his quæ nec sensui subiecta nec pa/  
ribilia sunt, quod quidem uidebatur his, qui ato/  
mos rerum omniū principia statuerunt, sed quia  
affectiōnem habent quādam licet longe minorē,  
quam habeat idem, quod à cæteris auulsum mu/  
tare sensum possit. quo circa ubi diuidūtur ea, q̄

sensui subiecta sunt, non omnia in infinitum diui/  
duntur, neq; partes quædam earum rerum, quæ  
sentiunt. & sensus & affectiōis expertes sunt. Quā/  
do igitur hæc per se sensui obscuræ sunt, si ita fue/  
rint coniunctæ, ut sensum ciere queant, & non so/  
lum id quod constat ex eis fuerit potestate sensu  
cōphēnsibile, sed actu sentitur, tum eadem ni/  
mirum partes uidentur aliquid uniuerso confer/  
re, ut etiam unā cum uniuerso sentiri possint. Ve/  
rum non ita in suo uniuerso collocatae potestate  
sentiri possint, ut ubi primū fuerint separatae ab  
illo, possint, per se sentiri, sed quādo continui ptes  
tales ac tātē fuerint, ut nō solum conferre uniuer/  
so uideātur, quia in eodem collocatæ sentiri pos/  
sunt. Sed cum fuerint tales, ut seorsum auulsæ à  
toto actu sentiri queāt, tum eas sanē partes in ma/  
gnitudine numero finitas esse oportebit. Non. n.  
finita magnitudo secari potest, in tot immensas  
infinitasq; magnitudines, neq; sectio in eiusmodi  
partes, est ei sectioni persimilis, qua aliquid diui/  
ditur in partes æquales, quoniam si quis hoc mo/  
do aliquid secaret non semper in minima diuide/  
ret. Nam duplex est id quod potest sentiri. alterū  
quidem sentiri potest, quia in uniuerso est, & ab  
eo auelli nōdum potest, sed ubi fuerit separatam  
sentiri potest, alterum uero, quod cōfert uniuer/  
so, ut sentiatur, sed separatam ab illo per se solita/  
riumq; sentiri non potest. Itaq; ea quæ ita in uni/  
uerso collocantur, in quo possunt sentiri, ut ab eo/  
dem uniuerso separata sentiri queant, finitas sunt,  
quemadmodū etiam sectio p æqualia termina/  
tur, quādoquidem, continuum nequeat actu di/  
uidi in ea quæ sint infinita sensui subiecta. quem/  
admodum neq; diuidi potest, in ipsa finita æqua/  
lia. quemadmodum igitur infinitæ partes atq; in/  
numerabiles i cōtinuo, potestate sunt, & nō actu,  
ita etiam, quæ sentiri possunt, diuidenda potesta/  
te sentiuntur, sed actu & solitaria non sentiūtur.  
Item quemadmodum tot talesq; continui partes  
sunt finitæ numero, ita etiam sunt finitæ affectio/  
nes, & quæ sentiuntur earum, & quæ diuidūtur,  
diuisis partibus in quibus collocabātur numero  
certo sunt constitutæ. Etenim quæadmodum nō  
erat affectionum sectio in species cum diuiderēt,  
unā cum magnitudinibus uel infinita uel in ipsa  
infinita, ita tales affectiones nō suapte natura fini/  
tæ uel infinitæ sunt. Ostendit ergo non quācūq;  
continui sensum ferientis actu mouere sensum  
neq; constitui posse magnitudines quæ sensibus  
percipiātur ex his, quæ impatibilia sunt, & sensus,  
& affectiōnis expertia, defenditq; omnem partem  
rei quæ sensu cōprehēditur suapte natura sen/  
sibus subiectam eē. Verum nolim existimes q; si  
conceditur quādam magnitudinem esse solitariā,  
quæ non sentitur, iccirco maximam quādam mo

Alex. Aphro. de sen.

H

lem esse, quæ sensum non feriat, & quædam minimam à sensu comprehensibilem. Nam quia magnitudo diuiditur in infinitum, ut demonstrauimus, & magnitudinis est magnitudo: si ergo aliquid demeret ex illa data minima magnitudine, & quod restabit sanè erit, nullo sensui comprehensibilis, ubi ergo remanserit quæ pars minimi sepata, & utriusque parti addidero aliquid, & erit ita aliquid conexum: quærit autem istud, adhuc nullo sensu percipitur, & si id ipsum fateberis, itaque quæ remansit post diuisionem non erat maximum sensu incomprehensibile. quod si addito quodam cuiusque parti iam diuisi minimi nascitur, nihilo plus quàm ipsum minimum, itaque illud, cui aliquid addebatur, non erat integrum minimum, quod sensu caperet, quoniam parte sublata quæ additur efficit id totum conexum sit sensu comprehensibile. quare non erat minimum sensu comprehensibile id, à quo sublata pars fuit. Quod quidem ostenditur in quacumque re à qua dempta erit pars aliqua, quare non est aliquid quod sensum omnino fugiat. Si item omnis magnitudo potestate à sensu percipi potest, & non suapte natura incomprehensibilis est sensu, sed naturæ nostræ, & sensus imbecillitate non comprehenditur, non erit aliqua magnitudo, quæ suapte natura comprehendendi non possit. Quare persuasum est nullam esse maximam molem, quæ sensu non comprehendatur, neque minimam suapte natura magnitudinem, ut Diodorus putabit ostendisse.

SECTIO QUINTA LVCILLO INTERPRETE.

Côte. 61.



**V**AERERET fortasse quæspiam, an quæ sensibus subiecta sunt uel eorum motus (quoquo modo sensus afficiat) usque ad instrumenta sentiendi pertingant quando mutant interstitium, quæadmodum odor et sonus facere uidentur. Ante enim qui uicinior est odor et sonum ictu facto percipit, quàm qui remotior est. Quod cum ita uideatur esse, in dubium iccirco uocatur an quod uidetur et lumen itidem ut odor et sonus se habeant, quæadmodum Empedocles lumen solis per medium usque ad aspectum, aut ad terram cecinit permeare. Quod quidem non immerito fit. Quod enim mouetur unde motum auspicetur, et quò perueniat habet. Quamobrè intercedat quoddam temporis curriculum, in quo motus is ab uno ad alterum absoluat necesse est. Et cum omne tempus diuidi possit, itaque erat quando radius non cernebatur, sed per medium ferebatur. Præterea si

quispiam simul audit et audiuit, et oïno sentit et senserat, itaque nihil horum gignitur, sed sine ortu prodeunt. Verum ita ut diximus est, quoniam sonus ictu facto mox non ferit aures, quæ etià transformatione literarum interdum comprehenditur, quæ uox literata prius in medio consistat quàm aures attingat. Nam sæpe quod prolatum est, minus recte intelligitur ab audientibus, quoniam cum aer feratur, uarie imprimitur.

Eò nunc tendit dubitatio an omnia, quæ sunt sensibus subiecta, antequam sensum feriant interuallum illud afficiant, quod est interiectum inter sensum, & id quod comprehenditur à sensu. Nam euident est quosdam sensus non prius affici quàm interstitia rediecta commutentur, quemadmodum auditus non statim afficitur sono & nares odoribus. Cum enim oritur sonus, qui eminus sunt, sero magis audiunt, quàm qui prope morantur. quo argumento liquet plus temporis consumitur, quando sonum audiunt, qui procul habitant cum magis interuallum transeat, quàm qui uicini sunt. Itidem in odoribus, quoniam non illico nares bonus odor mutat, neque eodem modo afficit nares eorum qui prope odorant, ut qui procul. Itaque notum est hos sensus (ut diximus) affici. Querendum porro est, num itidem aspectus mutetur, & à re aspectabili aliquid recipiat, eo tempore quo uniuersum interuallum pertransit antequam sensum feriat. Hæc est ergo dubitatio. Dixit autem, an quæ sensibus subiecta sunt, uel eorum motus (quoquo modo sensus afficiatur) usque ad instrumenta sentiendi pertingant, quoniam quibusdam uidebat quosdam defluxus à rebus, quæ sentiuntur ad sensus usque proficisci, & ab his sensum affici, qui etià ipsas res sensu percipiendas usque ad instrumenta sentiendi peruenire arbitrabantur. Aliis uero secus uisum est, quod nihil fluere à rebus sensibus subditis, neque esse quoddam idola uoluerunt, sed spatium iter sensum, & id quod percipitur sensu mutari & affici ab eodem sensu comprehensibile, cum exit eiusdem spatii natura censuerunt, quæ etiam Aristoteles demonstrauit, cum explicabat, quoniam modo sensus sentirent. Cum ergo de actionibus sensus cõtentio & cõtrouersia sit, silentio nunc præterit, quoniam modo sentiendi actio fiet. Sed dubitationem communem mouet, quoniam quoque fiat modo sentiendi actio quispiam dubitaret, an obiectum sensibus uel motus obiecti prius interiectum spatium attingat quàm instrumenta sentiendi feriat, quoniam cõsentaneum esse uideatur, quæadmodum soni & odores suos sensus per media mutant, ita aspectabile afficiat aspectum. Inquit porro querendum esse an quæadmodum Empedocli uidebat ita cernendi actio fiat. Cecinit. n. ille

Com. 62.

ille solem primū uniuersum spatiū inter se & terram interpositū luce cōplere, deinde terram illuminare. Eiusdem quoq; sententiæ fuit Democritus, cui assentiebatur reliqui singuli qui nō nihil à rebus aspectabilibus ad aspectum cōfluere arbitrabantur, Iccirco inquit opinioni cōsentaneū eē ut primum cernēdi actio recipiat in ipso interuallo. Nam motus à re cernēda, uel ab obliquo alio initium sumit usq; ad aspectum, & cū omnis motus habeat unde cōepit & quo finiat, certo quodam tēpore, & omne tēpus diuidat in suas dimidias partes, in quibus aspectabile/uel eius affectio & motus fit in ipso intermedio ad aspectum erit. Itaq; prius in dimidia/uel in aliqua interualli pte est quod fert anteq; aspectum attingat. Quare & solis radius ut cecinit Empedocles, orto sole non illico cernit, neq; ab omnibus eodē tēpore conspiciuntur, sed citius ab his uident, qui prope sunt, quā qui eminus iacent. Accepit hoc esse consentaneū ostēdens, per motum, ut diximus fieri, q; si aliter cernēdi actio fieret, post motū non cerneremus. præterea si quicūq; audiens, simul etiam audiuit & omnino sentit & sensit, cæterum cum tradet minime consentaneum esse, ut quod sentitur dum fertur ad sensum prius in medio esse quā sentiamus ipsum, & hoc quēadmodum de cæteris sensibus, sic etiam de his quæ uidentur dicendum esse putat. huic porrò illud adiecit. Itaq; nihil horum gignitur, sed sine ortu prodeunt. Nam eorum quæ minime æterna sunt, quæcūq; in lucem prodeunt nascendo non simul nascuntur & sunt, sed eorum ortus substantiam eorum pcedit. Idcirco quiddam eorum dum fiūt factum est, & faciūdum. quæcūq; enim naturaliter nascunt (ut diximus) fiunt, ut equus qui non simul fit, & subsistit, sed donec nascitur nondū equus quamq; sit aliquid eius. Quin etiam quæ arte construuntur eodem modo fiunt, quoniā domus, calceus, uestis idētidem fiunt. Nam hæc dum fiunt nō subsistūt quamquā semper aliquid eius sit. Sunt præterea quædam quæ in lucem non prodeunt nascendo nec spatio quodam temporis perficiuntur, cum ortus omnis tempore absoluatur. quo in genere est tactus, non enim hic sensus gignitur neq; alio tempore subsistit, & alio fit, imo ubi primum esse cōepit illico consistit. neq; dicendū est tactum fieri sic ut nondū sit licet aliqua eius pars subsistat, quo in genere quæcūq; sensus ratio collocatur quoniā nulla earum fit, sed simul aliquis audit, & audiuit, neq; asserendum est ita auditio nem fieri, ut nōdum sit, & tamē aliqua eius pars subsistit, sed quēadmodum quædā iam suscepta pars tactus est tactus, neq; dicendum est sic generari tactum ut nondum sit quamq; eius aliqua pars subsistat. Itidem de auditu dicendum est, si

mul enim auditur & auditū est, eodem modo de reliquis actionū sensibus, Quoniā quæcūq; actio & pars sensus est sensus, Nā actiones eorum & perceptiones illico fiunt & nullo egent tempore quo perficiant. Nam ut tantū uel tot audiamus, cernamus, gustemus, quodā tempore indigemus sed ad audiendum cernendum & gustandū nullum desideramus tempus. Quod si ita se habent sensus nihil refert, si collocauerimus actiones rerum sensu cōprehensibiliū prius in medio quā pertingant instrumenta sentiendi sic ut non simul moto intermedio sensus mutent. Nam quē admodum ea quæ sese mutuo tãgere debent medio quodā sese tangunt & si tactus (ut diximus) non generetur: ita reliquis cōtingere sensibus uerisimile est & compertū est in ipso audiendi sensu, quoniam non ubi primum sonitus editus est aures ferit, sed tēpore quodam elapso aures percipiunt illum ob id ergo non eodem modo neq; eodem tempore audiunt qui minore & qui maiore interuallo à sonitu absunt, quoniā sero magis sonitum sentiunt remotiores quā proximiores, cuius rei signum illud affert Aristoteles, quoniam qui eminus morantur uocis literatæ integrum strepitū recte riteq; prolatū non præcipiūt, quoniam aer qui interiacet uarie imprimitur à uoce literata & oratione ex literis cōstituta idq; diuersis aeris ictibus. unde eosdem strepitus quos dicentes formarunt aures non percipient si uerba literarum figura dum percutitur aer mutent siue quēadmodū Strato dixit, flacescit ille ictus toni, & uox ictu aeris facta, quandoq; dem is uir in aere uarios effici sonos negauit. Sed inæqualitate ictuum aeris aures secus audire uoces quā quispiam protulit. Verum utro modo dicas audiendi rationem fieri prius me hercule in ipso interuallo uox est quā aures percipiāt, dum alia atq; alia pars aeris percutit. Cum ergo hæc dixerit de sonitu deq; aliis obiectis sensuū quæ similiter ut soni actu sua instrumenta mutant, asserit ne minem de hoc dubitare.

*Quod igitur in dubium uenit, id sanè est an calor & lumen eodem modo se habeant. Non enim propterea quod quædam mutua est relatio uelut inter æqualia inter rem uidentem & rem uisam hoc dicitur cernere, illud uero uideri, quoniam si ita esset, eorum neutrum certo in quodam loco collocari oporteret, Nihil enim referret ubi antedicta æqualia essent uel prope, uel eminus collocari.*

Cōtex. 61.

Suadet cernēdi sensum haud fieri ppter quādam relationem cernētiū ad res uisas, quoniā q̄ Alex. Aphro. de sen. H ii

Com. 61.

mutuo referuntur, ubi talia uel talia euaserint, nec motu, nec tēpore indigēt. Suadet iccirco aīalia nō eo cernere, qđ sit illa mutua relatio antedicta inter cernētem & rem cernēdam, hoc sanē argumēto, quoniā quæ mutuo referuntur talia sunt, q̄lis est mutua inter illa relatio nulla alia adhibita dispositione, at secus est in actiōibus sensuum, quia nō desideratur ab illis ut sentiēs, & qđ sentit æq̄lia sint, sed refert plurimum ut fiat cernēdi actio quo loco & quāta distātia unum ab altero distāctum fuerit. Persuadet itaq; (ut dixi,) argumento nō enim omnia quæ mutuo referuntur sibi se habēt. Nam dextrum desyderat & locum sibi aptū aptāq; positionem. Cū ergo demonstrauerit nō ppter mutuan relationē aīalia cernere dicit, quæcūq; æqualia sunt mutuā inter se relationem habent; Sed in rebus cernēdis & cernētibus non solum equalitas & similitudo inest, sed etiam ineq̄litas quoniam, ut æqualia mutuo referantur, nihil aliud desyderatur q̄ ut sint æqualia, at in cernēdis rebus tātum spatii certāq; positio requiritur, non enim omnia spectabilia ubicunq; & quauis positione collocata cernuntur. Hoc autem dicit suppetias ferens argumento, quo ostenderat, sic aspectabilia perferri, ut aspectum pertingant, quēadmodum etiam reliqua sensuū obiecta. Non enim ut æqualia mutuan relationem habent, ita existunt omnia quæ in quadam uersantur relatione. Nam dextrum (ut dicebam) leuū, ante, ponē, sursum & deorsum ab aspectu comprehenduntur, nō qua ratione ad eundem referunt, sed qua positione collocentur, quoniam aspectus uersatur in relatiuis quæ non solum habent relationem, sed positionē & distantiam, & quamq; cernendi actio quādam relationem desyderet, haud tamē in ea uersatur. dextrum autem in quadā relatiōe uersatur. quin etiam uim quandam esse, dum cernendi actio fit oportet quæ comprehendat aspectabilia, nam sine illa relatio pro nihilo habēda est, quocirca & si in ipso perspicuo quādam sit relatio cernendi, tamē actio illam respuit. Hæc autem ubi dixit, & dubitauit, subiunxit.

Cōte. 63.

*De sono, et odore idem ne sentiendum sit ut de aliis, consentaneum eē uidetur si quæras ut itidem sentiamus. Quemadmodū enim aer et aqua continua sunt, et tamen eorum motus sic ut diuidi queat, Quamobrē sunt qui prius idem audiunt et odorant, et qui posterius sunt etiā qui minime, Verūtāmē nonnulli de his etiam dubitant, quoniā quidam aiunt fieri non posse ut idem alio, et alio modo audiatur, uideatur, odoretur. Fieri enim nequit, ut multi sint qui seorsum audiant aut odorēt. Sin uero unū auulsum a seipso esset. Nisi omnes*

*primum mouens uelut instrumentū pulsandi, uel* Titinabulā  
*ibus, uel ignem unū et idem numero sentiant, et si qui proprium audiunt, y sane numero distinctū, sed non specie, Quocirca multi uident audiunt, odorantur. Hæc autem corpora non sunt, sed quædam affectiones, et quidam motus, uerum non fiunt sine corpore.*

Com. 63

His quonā modo aspectus à cæteris sensibus differat uult ostēdere, & uerum eē cōcludere ut anteq̄ suos sensus quicq; feriat obiectū spatium interiectum pertranseat, & tēporis aliqd prætereat, secus uideē accidere his quæ aspectū ferit. Proinde dicit an sensus quando afficiunt & mutantur à rebus afficientibus eos, interualla quæ sunt aer, & aqua presertim auditus & odoratus prius afficiantur ab obiectis, inquit cōsentaneū esse rationi ut sic fiat quemadmodū diximus, ut obiecta per media transferantur ad sensus secundū quādam successionem motus, Aer enī continuus est, & aq̄ itidem. quoniam aqua sibi continua & aer similiter sibi continuus est, Motus tamē qui absoluuntur in illis interpolati sunt & successionem partiuū quadam fiunt. Nam prima interualli pars ubi affecta est succedenti parti cōfert & cōmunicat affectionem donec attigerit instrumentū sentiendi. Hoc in causa quoq; est, ut aliquis prius audiat strepitum, alter uero postea. Qui enim primā exaudit partem resonantem aut ictu affectā prius audit, qui posteriores etiam postea comprehendit. Itidem de odore dicendum est. Signum affert deinde Aristoteles quonam modo, aer & aqua à peculiaribus obiectis afficiantur, quæ elemēta sunt media quibus odoratus & auditus egent, & quomodo eorum motus successionem partium multarum simul fiant, quoniam plures sentiunt uel eūdem sonum, uel odorem, licet quidam prius, quidam postea. Quocirca etiam affert continua esse intermedio, & motus, per ea fieri quadam partiuū successionem. Inquit porro aerem & aquā cōtinua esse & adiecit aquam ppter odorē qui per aquā mutat sensum. Motus ergo qui fiunt per antedicta interualla successionem obiectorum usq; ad sensum, per aliam & aliā partem interuallorū fiunt in tempore, ideo actiones utriusq; sensus fiunt in tempore. Sed differentia est inter motum soni & odorum quia illa pars, quæ primo afficit ab odore retinet in se affectionem, quam succedenti parti cōmunicat, quare licet qui uiciniores sunt prius odorent, tamen odorem eundem retentum olfaciūt, secus accidit sono, quia ille, qui priorē partē affecit, non conseruatur in illa, sed transfertur in succedentem, ideo & alii alium, & alium sonū auribus percipiunt, quoniā motus soni, similis est la-

tioni,

tionem, & odoris persimilis est altercationi & permutationi. Deinde ubi dixit, Quobrem sunt qui prius idem audiunt, & odorant, & qui posterius: Sunt etiam qui minime: antequam de aspectu sermone faciat, quomodo scilicet aspectus sentiat, & secus quam reliqui quadam dubitationem de sensibus narrat, cuius solutionem, his uerbis facit. Quobrem sunt qui prius idem audiunt & odorant, & qui posterius: sunt autem qui minime. Nam hoc modo diluet, sed eiusmodi dubitatio est. Quoniam quidam aiunt fieri non posse, ut idem alio & alio modo audiatur, uel uideatur, uel odoretur. Si enim qui mutuo semoti sunt idem sentiret, & perciperent, idem sane a seipso numero abiunctum esset, atque in diuersis locis. Huius dubitationis solutionem affert, quoniam omnes primum mouens quod intermedium siue aerem siue aquam dicas illud unum numero audiunt. Si enim tintinabulum resonans fuerit, omnes idem sentient. Si item thus redolebit, id omnes olfaciunt. Item si ignis cerretur omnes eundem percipient aspectu siue qui calefaciunt se prope, siue remotiores idque uel aspectu, uel tactu. quare & si idem sit primum mouens, attamen medium per quod sentiunt non unum idemque est numero, sed cuique est quadam propria sedes aeris uel aquae propinqua per quam intermedium comprehenduntur obiecta. Haec enim sunt solum specie eadem. Nam partes interuallorum cum recipiunt eundem sonum, eundem odorem, eundem calorem specie haec sensibus offerunt, & tradunt successione partium. Si ergo ita fit obiectorum comprehensio, non erit absurdum plures simul idem uidere, & olfacere & audire, & ita quod praediximus erit recte dictum uidelicet. Sunt qui idem audiunt & odorant, sunt qui minime. quo circa inquit, neque est dicere sonum, odorem, colorem & calorem corpora esse, sed affectiones & motus quae neque sine corpore sunt. Nam uidentur esse affectiones obiecti & mediorum, ideo cum corpus intermedium afficiat, & patiatur, aliquo modo a rebus, quae cadunt in sensum tum sensus percipiunt obiecta. Si enim corpora essent quae sentimus, fieri non posset, ut plures simul sentirent idem & unum numero, quoniam idem esset semotum a seipso, atque in pluribus locis & diuersis, tamen comprehensio horum non est sine corpore, quoniam motus per quem fit comprehensio non est sine corpore, quinetiam hoc confirmat magnitudinis diuisio per quam diuisae affectiones a multis percipiuntur. Nam quia quae cadunt in sensibus affectiones & motus sunt in corpore, ideo plures simul eas capiunt & sentiunt cum corpora per diuersas partes afficiantur ab his quae tales affectiones edunt.

At uero de lumine secus dicendum est. Nam

*lumen quaedam res est sed motus minime est.*

Cum supra dixerit odori & sono accidere, ut prius afficiat medium quam suos sensus mutet, & quadam successione & latatione, & motu rei cadentis in sensum per medium, quod est corpus otinum fieri comprehensionem, ideo & in tempore haec sensu comprehenduntur, inquit non eodem modo lumen illustrare perspicuum & corpus medium quod interiacet inter id a quo perdit lumen & aspectum. Eadem quoque ratio est de colore.

*Neque similis est latio altercationi, latio prius medium pertingit, sonus autem conicitur esse quidam motus eius quod fertur, at quaecumque altercatur non eodem modo se habent, quoniam plerumque aliquod uniuersum simul permutatur, & minime eius pars dimidia prius uelut aqua quae uniuersa simul coagelatur. Verumtamen si eius quod calescit aut densatur copia fuerit magna sequens pars a priore coniuncta afficietur, tamen mutatur prius ab eo quod permutat, & tum non est necesse ut aliquid simul & totum illico mutetur.*

Dicit non itidem de aspectu & lumine dicendum esse, ut de odore, & sono, quoniam intermedio corpore moto, & alia atque alia parte successione quadam mutata sensus demum ea obiecta capit. Nam aer & pellucidum per motum illuminatur, sed illico totum perspicuum ex potestate pellucidum actum fit, & illuminatur, & lumen recipit, quo carebat, sed non recipit sic, ut primum ac primum mutetur. Quodammodo positioe uel situ lumen, & non suba corporis oppleti luce aliquid illuminatur: ut libro de anima disputauimus. Nam eo loco diximus luminis, uel illius quod potest illuminare perspicuum illustrari, quam presentiam per illa demonstrauit cum dixit. Nam lumen quodam res est. ut enim dextrum alicuius non motu dextrum fit, nec ortu sed quadam positione, & situ, ut collocati erimus, illico fit dextrum, ita perspicuum potentia actu illico fit illuminatum solo situ illius cui insitum est illuminare. Quodcumque itaque ex tali situ corporis illuminantis subito elucet, & non prius pars proximior illustratur, & deinde successione reliquae partes in tempore & remotiores (ut de sono & odore diximus) illustrantur. Subdit porro quae de actione uideri dici possunt & nunc probat ea. Quod si ita est breuiter per quaedam alia confirmat non posse non fieri. Nam omnis motus non est cuique similis quoniam latio non est similis altercationi id est motus localis prius ad medium peruenit, unde motus soni differt ab illo odoris, ideo & eorum comprehensiones in tempore absoluuntur. Vbi enim fit sonus, non illico au-

Com. 64.

Cotex. 65.

Com. 65.

Aduerte haec & ba explicant ea superioris contextus.

Vide. 4. phis. cum disputat de uacuo. ubi dicit, quomodo affectiones essent in uacuo.

Cote. 64.

ditur, item ubi odor factus est & facta copia odorandi non illico odoratur, sed tēpore quodam ab soluuntur. inquit porrò altercatio uel permutatio non est omnino persimilis lationi, quoniā aliquid uniuersum illico alteratur & non eius unā pars prius, altera uero deinde, neq; dimidiū eius primum deinde reliquū ut talis mutatio in tēpore absolui dicatur. Verum licet aliquid illico permutari incipiat & congelari, non ita tamē congelatur ut momento cōgelatio fiat, sed eget tempore. Vbi ergo asseruit nō omnino pmutatio fieri successione partium, quoniā est, quædā magnitudo quæ uniuersa statim mutatur, adiecit quod si tamē id quod cōmutatur alienatiōe quadam ut eius quod calefit uel dēfatur quādo magna copia erit non simul uniuersa incipit permutari, sed pars sequens à priore afficit & permutat alienatione quocirca non uniuersa à primo permutante & alienante mutata est licet pars prima cōperit tota simul ab illo mutari. Hanc similitudinem inuexit Philosophus non eo, ut illuminatio censeatur quædā alteratio esse, quoniā secus uisus est sentire, sed cum in animo habeat quædā afferre, quæ uniuersa simul queant mutari, & nō omnino omne quod potest diuidi ita mutari, ut aliqua pars prius mutetur ea dixit, ut ostendat non esse præter opinionem ut aliquid totum simul illuminetur & lumē recipiat sine aliquo motu, & tēpore. Quod uero permutationē uel alienationem uel si placet alterationē (ut usu tritum sit uerbum) non adiecit ut arbitraremur illuminationem esse quandā alterationem illud est indicio, quia subiecit hæc uerba. Verūtm̄ si eius qd calefit, aut densatur copia fuerit magna sequens pars à priore cōiuncta afficiet, at illuminatio & si magnum fuerit & amplū id quod luce cōplet, haud tamē eius unā pars prius deinde alia illustratur, sed uniuersum simul ut fuerint sita & id qd illustrat, & quod illustrat luce cōpletur, nec erit aliqua pars, quæ nō sit illuminata tum, nec erit uerum dicere nunc est qdam pars nō illuminata, & sed paulopost eodem illustrante manente & in eodem loco posito erit, quædam pars illuminata. Sed cur hoc exemplo sit usus uidelicet ut aliq; pars tota simul permutetur, fortasse erat illi usui quoniam cōcludere debuit odorandi sensum fieri iteruallo prius ab odore affecto. Item nec illud uerum fortē est ut aliquod uniuersum simul incipiat permutari. Nam illud recte dictum est aliquam partem simul incipere mutari sed uniuersum minime cum in cōmentariis de naturali auditione eius quod mouetur aliquā partem esse in termino à quo & partem in termino ad quē; nam hoc modo demonstratū fuerat omne quod mouetur diuidi posse. Cæterum lumē uersari in

quodam situ corporis illustrantis, & non in quodam permutationis modo uel ex eo perspicuū est, quod quæ permutant non illico remoto permutante & afficiente amittunt affectionē quā ab illo receperunt. Non enim recessu calefacientis illico quod calet amittit receptum calorē. At uero que in aliquo situ sese mutuo respiciunt, si unū eorū abierit necesse est ut ille respectus illico pereat, & ea minime talia, ut prius nominari possunt. Vbi enim filius è uita excesserit, Is uir qui pater erat tum minime pater dici potest, Item sinistro recedente eius dextrū non dicit dextrū. De lumine ita dicendum est, Nam simul existunt corpus qd potest illuminare & illuminatio, quæ ubi breuiter dixit, hæc subiungit.

*Cæterum si humecta loca icoleremus, eodem modo gustaremus & odoraremus & remotius anteq̄ uel nostras nares odor attingeret & sapor linguam ipsi sentiremus. Rationi porrò consentaneum est ut ea instrumenta sentiendi inter quæ & obiecta interiacet medium, non simul afficiantur. excipimus tamen lumen ea, quā supra memorauimus causa.*

Hoc dicit quoniam etsi aliquo interuallo ab odore disiuncti sumus, eundem tamē sentimus, quia aer & aqua quæ sunt interualla, afficiunt ab eodem & affectionē eandem deferunt sensui. Itidem de gustatu dicendum esse monet si loca humecta habitaremus idest aquā per quam sapor gustaremus. Nam aqua cum recipit qualitatem saporis sensui offerret anteq̄ illā tangeremus quæ admodum odorem sentimus. Sed cum aliter fiat quandoquidem aer in quo sumus odoris sit capax, & tamē non afficitur saporibus licet humidus sit. Nam nec omne humidum aptum est ut sapore afficiatur. Cæterum inquit cōsentaneum rationi esse ob prædicta, ut hi sensus iter quos & sua obiecta aliquod medium interiacet nō simul cum suo medio ab obiectis afficiantur, neq; simul fiat eorum perceptio & sensus, sed in tēpore. Secus autem de lumine, & de cernendis rebus dicendum est. Cur autē dixerit cōsentaneum eē rationi arbitror, quoniā quæ in sensum cadūt p̄ motū & affectionem sentiuntur si intermediū prius mutatum & affectū fuerit, iccirco & in tēpore à mouente affectio talis sensui mittitur, sed lumē & colores nō motu feriunt aspectū, lumen enim ut sita erūt quod illuminat & qd illuminat ita oriet, iccirco & uniuersum perspicuū simul illuminat. Vbi ergo ortum sic fuerit lumen illico sine mora feriet aspectum sic, ut nō solum subito cernendi actio fiat, nā hoc in cæteris sensibus in eē demon-

Alteratio dicitur  
ab alijs.

Cōtex. 66.

Cōm. 66.

Pete a dialecticis  
& calculato  
16. 1126.

strauimus, sed etiā obiectum simul & sine mora aspectum mutat. Nā motus colorum in pspicuo actu similiter fiunt, ut lumen in eodem, quod de monstrat dicens.

Cōte. 67. Itidem de ipsa cernendi aēione dicendum est, Nam lumen in causa est, ut cernamus.

Com. 67. Si nec motu nec tempore lumen fit p̄sens per spicuo, neq; etiam cernēdi aētio tempore quodā absoluitur. Quocirca illico aspiciētes eodem modo eminus ac prope cernimus.

Cōte. 68. Dubitatio praetera alia non leuis oritur de sensibus, duo ne possimus in eodem tempore et in diuiduo sentire. Quod si cōmotio maior minorem excludit. Quocirca multa saepe quae ante oculos feruntur, in aliqua defixi cogitatione uel metu p̄ter riti magno, uel strepitu ingenti penē obstupescēti non animaduertimus quare hoc, firmū ratūq; sit. Si item melius longe sentimus id quod solitarium simplexq; est quā cōmixtum, ut uinum quod meracius est, quā mixtum et mel et colorem, atq; acutum sonum quā in ipso concentu diapason, quoniā mutuo sese adumbrant uel obscurāt, quod quidem tum maxime efficitur quādo ex aliquibus aliquod unum efficitur. si ergo cōmotio maior minorem extrudit, necesse est si fuerint simul ut maior minus sentiatur q̄ si sola fuerit. Nam minor maiori cōmixta ab ea non nihil demit, si quidem simplicia et solitaria rectius sentiātur. Quod si aequales essent inter se motiones cum sint diuersae, earum neutra sentiatur, quoniā altera alterā similiter obscurat obtūditq; imo nec simplicē hoc modo sentire licet. Quamobrem uel nulla earū sentiatur, uel utraq; simul alio modo ferient sensum q̄ solitaria, quod quidem in his fieri uidetur, quae mutuo tēperātur. Cum ergo ex quibusdam aliquid oriatur, et ex quibusam minime, quae huiusmodi erunt alium et alium afficiēt sensum. Ea nāq; miscētur, quorum extrema sunt cōtraria. ex albo porro et acuto nihil tēperatur, nisi aduentitio modo et minime ut ex acuto et graui nascitur cōcentus, quocirca neq; nobis datum est eas simul sentire. Nam si motiōes aequales fuerint sese mutuo ibecilliores reddent, quādo quidem ex illis una fieri nequeat. Quod si inaequales fuerint, ualentior sensum mutabit. Praetera animus duo melius uno sensu sentire poterit, quando eorum ut acuti et grauis, unus

est sensus. Nam facilius est longe ut idem mutetur quā duo ut aspectus et auditus. Quare uno sensu duo percipere nō licet, nisi misceantur. Quod enim mixtum est, unum esse cupit et unius unus est sensus, et unus sibi presto est. quare necessario simul animus sentit cōmixta quoniā actu uno percipit sensu. Vnius enim numero unus est actu sensus et specie potestate est unus. Si ergo unus extiterit sensus actu, iudicabit, illa duo unū esse. Haec igitur ut mixta sint necesse est. Si uero nō fuerint admixta, sensus duo erūt actu: et si una uis facultasq; et indiuiduū tēpus erit, una quoq; erit aētio. Vnius enim semel est unus usus et motus sed una est facultas, itaq; nequimus uno sensu duo sentire. Quod si fieri nequit ut duo simul sentiamus eodē sensu, perspicuum est, ut multominus quae duobus sensibus, ut album et dulce, cōprehendūtur, simul sentiamus. Animus enim alio nequit modo aliqua eadem numero iudicare nisi simul fuerint. Vnum autem specie cum sensu, et modo discernit, quod propterea dico, quod fortasse album et atrum specie diuersa idem sensus iudicat, ut dulce et amarū idē sibi iudicat sensus, qui alienus est a priore. Sed aliter, utrūq; cōtrariorum percipit. Verūtamen eodem modo tanquā in eodem ordine, illa cōtraria sentit, uidelicet ut gustatus dulce, ita aspectus album, et quemadmodum is nigrum, ita ille amarum percipit.

Euidens est dubitatio, quam mouet. Quærit utrū in eodem tēpore plura simul possimus sentire. id est an plura obta sensibus percipere necne ualeamus. Dixit autē indiuiduum tēpus nō tāq; id sit diuisiōis expers, quoniā nullum tēpus hoc modo indiuiduum est, sed dixit ne tempus diuidatur, in quo unū & reliquum alterū sentimus. Argumēta porro facturū primū pbabiliter ostendit nos minime posse duo simul percipere, & quā dā sumit & ponit, & tāquā euidētia adhibet: primum plura quae in sensum cadūt; sese mutuo impedire, ne sensum ut debent permutent, qm̄ semper maior motio minorem confundit & obtundit: quod suadet ex eo, quia plerūq; ob oculos uel ponuntur nōnulla, uel feruntur, quae in quadā defixi cogitatione, uel metu perterriti, uel strepitu ingenti obstupescēti nequaquam animaduertimus. Vehemens enim actio animi ceteras minores impedit. secundum affert, longe nos melius sensu percipere, quae nō admiscēnt alicui, nec tēperant, sed solitaria sunt, quā cōmixta & temperata cū aliis, quā

Com. 68.

etiam palam demonstrauit exemplo uini & aquae quādo fuerint commixta. Itidē de melle, albo, & quouis alio colore quando fuerint nō admixti. Itidem de tono acuto quādo solitarius fuerit re- etius exauditur, quā quando admisceat graui so- no, uel alicui alio ictui & tono, uel diapason con- centui. Hæc omnia atque similia si fuerint sim- pliciora, & magis solitaria sensus rectius percipiet, quā si admixta mutuo fuerint, & cōposita, cuius causam adiecit, quia unum alterum obscurat & reddit imbecillius, singula enim melius sentiuntur simplicia quā cōmixta. Vbi ergo dixit quæ miscē- tur mutuo sese obtūdere & obscurare, addit dei- ceptus quæ admiscetur, & quæ mutuo sese ofun- dunt, & quomodo amittāt uim ciedi sincere sen- sum cum miscētur, quæ ponit cum dicit, quādo ex aliquibus unum aliqd efficitur, qm̄ talia mu- tuo admixta sese obscurant & reddūt imbecillio- ra. Miscentur ergo illa ex quibus unum aliqd effici- pōt. Nō enim quoduis cuius admiscetur, sed sa- por saporibus, strepitus strepitui, color colorib⁹, & calor & frigus, ac siccitas & humor mutuo cō- miscentur. Itidem alia cōmiscentur cōtraria. Nō enim sonitus admiscetur colori, neq; sapor sono, quoniā fieri nō potest, ut unū ex eorū admixtio- ne fiat. Quæ enim diuersis sensibus percipiūtur mutuo misceri nequeūt, quod in diuersis generi- bus collocātur. Ea enim admiscenē inter se quæ eiusdem sunt generis cōtraria & intermedia. Et cum posuerit quæ sentiuntur ubi mixta fuerint sese mutuo impedire, & quæ differūt nō cōmisce- ri, sed suum sensum quicq; obiectum mouere, & mixta minus sentiri, quā solitaria & simplicia ni- titur ostendere fieri non posse, ut duo simul sen- tiamus. His addit minorem motionē à maiore ob- scurari, quo tempore etiā maior minus recte per- cipitur, quā quando fuerit pura & sincera. Si enī motus maior minorem obtūdit obscurās ipm̄, id circo metu magno perterriti multa nō aīaduerti- mus, quinetiā in admixtione eorum quæ mutua sunt nō æque percipiunt, igit̄ necesse est si qdam simul sentiūtur, ut aliq̄ magis mouere possint, & aliqua minus, etsi maior uis in cōmixtiōe minus recte percipitur, minor ergo multominus quā si sola fuerit. Nam in admixtione aliquid demit̄ ab ea. nam recepimus supra simplicia omnia, & nul- li admixta magis sentiri quā mixta. Fortasse hoc tāquā sequens ex dictis accepit, uidelicet si æqua- les fuerint sensus, id est æqualia obiecta. Egdem diuersa diuersis sensibus cōphenduntur, quia nullum confert alteri sensui quā suo aliqd ut sen- tiat. Minor enim motio commixta maiori aufert ab ea aliquid & obscurat. Et si fuerint ambę æq̄- les diuersorum obiectorū motiones una alteram impedit, itidē si simplices fuerint æquales, etiā si

ex ambabus aliqd fieret, sensus enim simplex est simplicis obiecti. Restat ergo uel ut cōmixta nul- lum mutent sensum, uel ex eis unum fiat qd̄ sen- sum unū afficiat, quod qdē fit in his quæ mutuo misceri possunt. Nā mixta aliter sentiri nequeūt quā ut unum oriatur ex permixtis obiectis sen- suum, licet ex permixtione aliquorum nihil fiat, quoniā neq; principio misceri (ut diximus) pote- rāt. eiusmodi sunt quæcūq; diuersos sensus ciet. Miscētur enim quæ sunt eiusdem generis, & sub eūdem sensum cadunt. Sunt autē talia quorū ex- trema mutuo cōtraria sunt. Extrema enī sunt q̄ plurimum distāt inter se, & quæ plurimū distāt inter se, & cōtraria sunt, in eodē genere hæc mi- scentur mutuo. Ex albo enim & nigro cōmixtis unum aliqd oritur, quinetiam ex mediis mutuo mixtis unum nascit̄, at ex candore & acuto nihil fieri pōt nisi acutum nigrū sit, uel aliq̄ aliū co- lorē habuerit, quo cōmixtio fieri possiet, sed tū ex acuto & albo aliquid nascetur aduētitiō mō, qm̄ aduētitiō mō album & acutum miscenē & am- bo unum aliqd fiunt si uni erunt ambo acciden- tia, sed nō erunt eadem sic, quēadmodū unus est concētus, ex acuto & graui. Hæc enim suapte na- tura misceri queūt, & sunt eiusdē generis, & sub eundem sensum cadunt. Quæ cum dixerit etiam addit perinde, ac demonstratum sit, ex positis fie- ri non posse, ut simul diuersa sentiamus obiecta sensibus. Vel enim æquales sunt motus eorū, uel unus est reliquo ualentior, q̄ si æque ualent sese mutuo obscurabūt. Si enim maior motio cōmix- ta minori nō potest bene sentiri, quoniam minor illam ipedit, quāto magis si æquales fuerint una alteram impedit. Neq; enim mixta unū aliquid pariunt sensu comprehensibile, q̄ si una erit ualē- tior altera, sola sanē ualētior sensu percipietur. Iā- dudum ac sæpe posuimus maiorem motionē ob- scurare minorem imbecillēq; reddere. Cæterū ubi dicit, Præterea animus duo melius uno sensu sentire poterit, quādo eorū, ut acuti & grauis est unus sensus: argumento probat, non posse plura simul sentiri, quæ diuersis sensibus cōphendū- tur. Et argumentum textit à maiore, & minore: di- cit porrò animū plura sentire simul quæ uno sen- su percipiunt, & minime, quæ diuersis sensibus cōphenduntur, quod pbat dicens. Facilius lon- ge unus mutetur q̄ duo, ut aspectus & auditus, quasi dicat facilius est motus unus unius sensus esse, quā duorum, id est magis una & eadē po- test esse unius sensus actio, quā multorum. Quare actiones, quæ ppter quādam affinitatem magis una & eadem esse possent, hæc quoq; magis simul sentiuntur, q̄ si plurimum inter se distincte fuerint. Si ergo ut demonstrabit non potest unus sensus plura simul sentire, sequitur ut neq; diuer- sis



his sensibus subiecta simul sentiri queant. Nam inquit fieri non posse, ut eodem sensu simul duo se parata & duo manentia percipiantur. Nam fieri potest, ut mixta plura sentiat animus, tanq̄ unū, sed imixta simul nō potest sentire, quod quidem p̄bat, ex eo quod unius numero rei unus est numero sensus. Quod etiam significat, his uerbis & unus sibi p̄æsto est. Nam una actio sensuū, & in eodem tēpore, & simul fit, cōmixta porrō simul sentit sensus, quoniam illa sunt unū, & unus numero unus est sensus, quæ autem non numero unum sunt, sed specie uel genere quemadmodū album & nigrum, quæ specie eadem sunt, horum unus est sensus, licet non actu, sed potestate, & facultate unus. Ocs enim aspectus actiones potestate simul eadem sunt inter se quādo has exercere aspectus potest. Nam unus sensus alter est unus actu, alter uero potestate, animus porrō unus eadem obiecta sensuū genere percipit; ut ergo accipit unius obiecti numero unam esse actionem, & plurium mixtorum esse tanquā unius conuertit dicens unum sensum esse unius obiecti numero. Itaq̄ si fuerint plura, & cōmixta simul sentientur tanq̄ unum, si autem non fuerint admixta, quot erunt obiecta eiusdem generis, tot erūt sensus & comprehensiones eorum. cæterum ab una facultate numero, quæ agit in tempore idiuiduo actio una prodeat necesse est. unius enim potētis unus usus est, semel & actio numero idest unā sola numero comprehensio. Non ergo in eodem tempore unus sensus actu duo quædā percipit. nam duo comprehendūtur duabus cōphensionibus, at una actio unius capax est. Cum ergo probauit fieri non posse, ut uno sensu secūdem idem plura percipiamus, quod sequitur subiungit, uidelicet minus animum nostrum posse eodem sensu secūdem idem, quæ pluribus sensibus capiuntur sentire. annectit deinceps. Animus enim alio nequit modo eadem numero iudicare nisi simul fuerit: unum autē specie cum sensu, & modo discernit: quæ uerba dicit, ut suadeat & confirmet actionē unam esse unius sensus numero, quod quidē nullo alio modo animus censet nisi tempore indiuiduo. Nam quia simul & indiuiduo tempore aliq̄ comprehendit perinde, ac unū se percepisse iudicat, quare omnia, quæ sensus cognoscit in ipso tēpore indiuiduo, tanquā unum sentiūtur, & quæ sunt eadem specie, & similiter genere, unum sensus iudicat ubi et uerū genus & speciem sumit & hæc iudicari à sensu etiam modo cōphendi, & forma & sensu discernēdi eadem dicit. Quæ eadem genere iudicātur sunt eiusdem generis inter se sub aspectu, & quæ audiūtur, itidē sub auditu, idem de aliis dicendum est, itaq̄ genere eadē sensu iudicante definiuntur & discernūtur talia. Ea

dem quoq̄ specie, & differūt in eodē genere diuiduat sensus p̄ modū cōphēdēdi ea. Tactus enī quæ tīguntur percipit, sed nō eodem mō. Unus enim quisq̄ sensus est iudex cōtrariorū. Aspectus īquam albi & nigri; gustatus dulcis, & amari, auditus acuti & grauis, eodem quoq̄ modo, & alii. Album & atrum quoniam & in eodem collocantur genere uno sensu cōphenduntur, licet alio modo, & alia affectiōe. quare & alio atq̄ alio tempore percipiuntur, & quæ differunt in tempore comprehendunt diuerso cōphensionis modo. Itaq̄ eadem specie, iudicantur eadem à sensu, qui idem sit, licet tempus aliud & aliud sit. Sunt autē inter se cōtraria, quæ sunt eiusdem generis, sed nō quæ sunt similia specie, quæ sunt sp̄e diuersa, sunt contraria inter se, quorum differentias sensus iudicat modo cōphensionis. Non enim similiter aspectus album & nigrum iudicat, sed album uelut habitum, & nigrū uelut priuationem percipit. Omnium enim contrariorū alterum est habitus, & alterum priuatio eius aspectus iudicat albū & nigrum specie iter se differre qui est unus sensus, idq̄; secūdem diuersam cōphensionem, & modum comprehendēdi: Itidem gustatus dulce, & amarū differre specie iudicat. Non ergo satis idoneum argumentum est ad p̄bandum, aliqua eadem specie esse, ut uno sensu percipiantur. Et mō comprehendēdi, quæ sunt eadem specie iudicātur eadē à proprio sensu. Quæ specie similia sunt mutuo sub unū sensum cadunt quædamq̄; uelut habitus cōphendit, & quædam uelut priuationes, sed uaria est horum cōphensio propter solam differentiam temporis. Et media inter cōtraria, partim ut habitus, partim ut priuationes ut erit eorum admixtio cōphendūtur. Similr sensus cōphendere ait, quæ sunt in eodem ordine mutuo respōdentia contraria, quoniā non aliter aspectus habitum & priuationē cōtrariorū percipit, & aliter auditus sua cōtraria, & gustatus aliter similr & alius quisq̄ sensus sunt oīa eodē modo cōtraria & p̄portione simili: ut enim sunt ordinata illa cōtraria p̄portione, etiā sensus & cōphensiōes collocant. Vt enim se habet in genere colorū album, ita in genere saporū dulce, ideo ut aspectus percipit album, ita gustatus dulce. itē ut nigrum in coloribus, ita amarū in saporibus. Sunt enim priuationes ambo, itidem ipsorū sensus proprii sunt capaces, q̄re itidē gustatus amarum percipit ut aspectus nigrum.

*Præterea si contrariorum dicuntur motus contrarii et contraria in eodem indiuiduoq; tēpore esse nequeunt et tamē sub unū sensum cadūt. Contraria sunt uelut dulce, amarū quæ nequeunt simul sentiri, quo fit, ut neq; ea simul sentiantur,*  
Alex. Aphro. de sen.

Cōtex. 69

I

quæ contraria non sunt. Hæc autem partim ad album, partim ad nigrum pertinent, idemq; de aliis dicendum est ut de saporibus, quorū alii ad dulcē, alii ad amarum reducuntur. Neq; autē ea quæ cōmiscuntur. Suut enim proportione cōtraria uelut diapason, & diapente nisi forte ut unū sentiantur. Hoc enim modo extremorum una nascitur ratio, & aliter nequaquā. Erit enim simul hæc multi ad exiguum, aut imparis ad parem, & hæc perexigui ad multum aut paris ad imparē. Si ergo plurimum inter se, absunt & differūt, quæ quodā inter se ordine mutuo respondent. sed in alio genere hæc sunt quā ea quæ sunt in eodem genere, dico autem uelut dulce & amarū quæ inter se ordine quodam respondēt, sed genere sunt diuersa.

Com. 69.

Hoc argumento probat eundem sensum non posse simul, plura comprehendere. Si enim per motum sensus, comprehendunt, & cōtrariorū motus sunt contrarii, & cōtraria simul in eodem tempore esse non possunt, nam simul motibus contrariis moueretur, quare nequit, idem sensus simul, contraria sentire. Itidem neq; simul comprehendet, ea quæ non sunt, contraria quæ sunt media, inter contraria. Etenim horum quædam cohærent, cum altero cōtrariorum, altera cum altero (ut supra diximus) Nam cōmixtione cōtrariorum media oriuntur, & si plus habuerit media alicuius contrarii in eodem ordine collocabuntur in quo cōtrarium repositū est. quare nullus sensus mixta plura et intermedia simul uelut fuscum & purpureum comprehendet uel diapason uel diapente in quibus mixtis pugna quædam inesse censet, si quidem diapente cōcentus sit ut imparis ad parē. Nam est ut tria ad duo, contra autē diapason ut paris ad imparē, quoniā uelut duo ad unū est, & sensus non potest, simul exaudire cōcentum quæ est imparis ad parem, & eum qui est paris ad imparē. Cum ergo dixit mixta & intermedia simul plura, sensum non posse percipi adiecit, nisi forte ut unū sentiatur. Hoc nāq; modo ratio extremorum una fit. Secus autē nequaquā, idest quia plura hoc modo inter se tēperata & mixta sensus simul sentit, ut enim cœruleum unū sentit colorem, qui tamē ex contrariis cōponitur. Verum in hac admixtione ex extremis & cōtrariis admixtis una fit ratio, unaq; natura ac una res. Quare cū ex admixtione unū aliquod fit, tum simul mixtū sensus percipit. Quoniā tanq; unum sentit. Verū si separentur ea, ex quibus color cœruleus admiscetur uel erunt inter se, cōiuncta solum, ut cœruleus & ruffus, & tum non simul percipient. Illa

uero uerba, Erit enī simul hæc multi ad exiguum, aut imparis ad parem & hæc perexigui ad multū, aut paris ad imparē subiunxit, propterea quæ sunt, intermedia sensu cōphensa. Nā & talia sunt mixta, attamē hæc omnia non eandem rationem habent. Eorum nāq; alia multum albi & parum nigri, ut ruffus color habent, hæc contra uero ut cœruleus color. Itidē in cōcentibus alter est imparis ad parem ut diapente, alter uero paris ad imparē, quorum rationes discrepant inter se & aduersant. Sed fortē cœruleus color quæ sit cōpositus, unā quandam rationē non habet, similiter & cōcentus diapente. Cæterum subiungit si ergo inter se plurimum absunt & differunt, quæ quodam inter se mutuo ordine respondent, quibus uerbis cū antea, sumpsisset unū sensum posse plura simul, obiecta ppria percipere, cū quisq; sensus suum percipiat obiectū, & ostendisset unū sensum plura simul percipere nō posse, quamuis proprie obiecta à suis sensibus cognoscant, infert quod sequitur idest multo etiā minus unū sensum posse, plura simul cōprehendere, quæ ad diuersos spectant sensus. Nam si ea quæ sunt eiusdē generis ab his quæ non sunt eiusdē generis plurimum differunt cum his quæ sunt similia genere congruat, similitudo & ipsum idem. Illa uero nō eadem genere priuata sunt illa similitudine. Verum nōnulla similia genere secundū unūquēq; sensum inter se quodam ordine, & proportione respondent. Quædam autem minime, quæ autem sunt inter se similia, genere & à diuersis sensibus sentiūtur quodā ordine mutuo respondentes in uno latere alia uelut habitus habitibus respōdēt collocātur, alia uero uelut priuationes priuationibus respōdent. Quæ uero non respondent mutuo ordine inter se sunt, ut habitus & priuationes, quæ etiam significauit dicens. Dico autē uelut dulce & amarum quæ inter se ordine mutuo respōdent, sed genere sunt diuersa. Nam cōtraria sunt eiusdē generis, quæ enim sub idē genus cadunt, & sub unū sensum cadūt. Nam plus distat dulce ab albo quā albū à nigro, plus etiam distat dulce à nigro quā ab albo. Nigrū. n. & albū sunt eiusdem generis, dulce autē & album diuersi generis sunt, licet quodā mutuo ordine inter se rñdēt: uerum dulce & nigrum, neq; sunt eiusdem generis, neq; in eodē ordine collocantur. quod si nequeūt plura eiusdē generis simul sentiri, quātominus quæ sunt genere dissimilia? & quæ diuersis sensibus percipiūtur simul comprehenduntur, & adhuc multo etiam minus si fuerint genere diuersa, & nō quodā ordine respōdentia.

Dulce autē ab atro magis specie differunt quā ab albo, quare multo minus hæc simul sentiri poterunt

Cōte. 70.

*vnt quā ea quae junt, genere eadem. Quamobrē si non haec percipiuntur, neq; illa.*

Com. 70. Incorruptus magis & euidentior erit contextus uerborū, si conscriptum erit, illud uerbū (quā albo) ut sit uerborum sententia, dulce specie plus distat à nigro, quā ab albo, quoniam album in eodem genere habitus collocatur, ut dulce, sed nigrum est priuatio neq; in eodem ordine collocatur in quo dulce.

Cōte. 71. Recte deinde ne affirmēt illi qui musica sese dediderunt asserentes sonos non unā peruenire ad sensum licet uideantur attingere sensum sed latere, quoniā tempus quo soni fiunt nullo percipitur sensu uidendum est. Fortasse enim nūc aliquis dicere possit uideri nobis simul, uidere & audire, quidpiam quoniā non percipitur tempus. An hoc forte minus, uerū est, quoniā nullum subsistit tempus quod lateat, & nullo percipiatur sensu, imo omne tempus percipitur. Si enim quādo idem seipsum uel alium sentit, cōtinuo tēpore nihil occultum tum est. Illud enim tēporis quod nullo percipitur sensu quantum est id totum in cōtinuo collocatur, clarum est, ut idem sibi occultus sit, & si uidet non sentit, etiam si sentiat.

Com. 71. Posteaquā probauit sensum, non posse simul plura percipere, refellit eorum responsum, quo nō nulli tuebantur uideri magis nobis plura sentire quā sensu illa percipere. Erat inquā responsum eorum uideri plura obiecta simul sensum ciere, quā simul non moueāt, sed in tempore, quoniam intermedia tempora nullo sensu percepta uidebantur, hac ratione simul fiebant. quōd quidem falsum esse ostēdit quia nullum est tempus, quod sensu non percipiatur suapte natura. Quae dicta utilia quoq; sunt, & si secus dixisse uideamus de aspectu, quoniam nec lumē, nec aspectabile tempore, sed illico percipitur. Simul enim respiciendo, tam ea illico percipimus, quae prope morantur, quā ea quae procul, quōd si ostendēt falsum esse unā quoq; demonstrabitur esse falsum, ut sit quoddam tempus nullo sensu perceptū. Primum ergo ponit opinionem, & mentionem facit eorum qui se se musicae dediderunt, qui ut suam tuerentur opinionem dicebant, ab instrumentorum ictibus nō posse sonos peruenire usq; auditum simul, sed tēporibus diuersis, etsi uideantur simul ad aures peruenire. Asserebant etiam unum sonum, ex oībus continuum factum uideri, quē uelut continuum auditus percipiebat, propterea quod iteruallū nullum percipiebatur sonorum; p̄terea tempus nullo

sensu perceptum introducebant qui idolorū concursu nos cernere dicebant. Inquit porro Aristoteles uidendū est, an recte dicebant musici, & cur uidendum sit, & inquirēdum causam his uerbis affert. fortasse enim aliquis dicere possit, nunc uideri nobis, simul uidere & audire quidpiam quoniam interuallum temporis non percipit. Quōd si ita est, ubi ea quaestio solueret, cur plura simul non sentiant, quaerēdum esset postea quomodo uideamur plura sentire, etsi nequimus plura sentire. quōd si tolleret dubitatio, quia datur tēpus nullo perceptum sensu, itaq; ubi ostēsum fuerit nullum eē tempus quōd sensu nō comprehendatur, alia solutione erit opus & defensione probat ergo nullum tempus subsistere sensui occultum. Verum sumamus oportet nullum tēpus esse ita sensu perceptum, ut quaedam sit natura quae solitaria subsistat, sed percipitur tempus cum quaedam labuntur & fiunt in ipso quae certe sentiuntur, & horum causa tempus sentitur, itaq; tempus nullo sensu perceptum id esset, in quo quicquid fit nō perciperet fieri. quōd si nullum tempus est huiusmodi, imo in quauis temporis parte, eius quod fit sentitur semp aliquid, itaq; nullum subsistet tempus sensui occultū. Neq; si quaedam eorum, quae nascunt in tēpore sensum latēt, ideo tempus latebit, in quo illa oriunt, itaq; si tēpus sensu comprehendimus in quo illa generatur nullo sensu percepta non erunt illa sensui incognita propter tēpus, neq; tempus eorum causa sensui occultum. Queunt enim quaedam, sensu incognita, unius anni spatiū moueri, quorū scilicet motus nō sentietur ut si quaedam essent perexigua corpora quae sensum ferirent, & tamē anni spatiū sensu comprehendere, quia etsi non sentimus motum p̄dictorum corporum, attamē multa alia sensu percipimus. Si ergo nobis ostensum fuerit nullam esse temporis partē, quā nō sentiamus, p̄cisa quoq; erit eorū sententia, qui tempus introducunt sensui occultū. Quod uero semp aliquid temporis sensu percipiamus ostendit, quoniā si quando aliquis seipsum sentit, & eo tempore neq; sibi occultus esse cum est, & sentitur, itaq; nō pōt subsistere tempus nullo sensu perceptum. quod quidem ex eo p̄bat, quoniā si quoddam erit tēpus nullo sensu perceptum, sequit ut idipsum sit in eodem tempore cōtinuo, in quo aliquis seipsum sentit, quōd si dabitur tum nihil sentiet eius quōd sentit aliquis, imo neq; seipsum sentiet. Si enim illud tempus daret nullo sensu perceptum perspicuū est eodem tempore seipsum aliquem ignorare & latere, quōd quidē fieri nequit, quia nemo est qui non seipsum dum est sentiat se subsistere. Itidem absurdum sequitur si diceretur aliquis nō seipsum, sed nō alium sentire, quia dum aliq; sen-

Alex. Aphro. de sen.

I i

tit aliqd, diceremus illū non sentire, neq; id qđ est sentire, idest neq; se sentire aliquid, sed quoddam tēpus esse in quo seipm sentire non sentit. Quod si nullum est tempus in quo cum aliquis agit & sentit seipsum lateat esse, nullū profecto erit tempus suapte natura sensui incognitum. Non enim quando stertimus si nosipfos haud esse percipimus, iccirco erit tū tēpus sensui incognitū, qā eodem tempore alii uigilant & sentiunt aliquid, & nos cū uigilamus percipimus ea, quæ alii non percipiunt. Nō enim ab his qui non sentiunt iudicari potest tēpus esse sensui occultum, uel aliquid aliud omnino absconditum sensui, quia à stertētibus, & somno graui oppressis nullum obiectū percipitur, nec color, nec sonus, nec odor, nec fauor, nec quæ tanguntur.

Cōte. 72.

*Præterea nec tempus, nec ulla res in sensum cadet, aut non ideo sentietur tempus, quia aliquid illius quod fit in eo percipitur, uel non eo, quod aliquid illius uidemus siquidem, et tēporis et rei quædam subsistit magnitudo, quæ nullo propter paruitatem sentiatur sensu.*

Com. 72.

Hoc argumēto idem probat, & quoniam nullum tempus est sensui obscurum, iccirco neq; aliqua erit magnitudo, neq; pars alicuius sensu percepti, quæ suapte natura nō sentiatur. Sin autem motus unā cum tēpore sensui occulti essent. Verum demōstratio obscura est. si quis tamē cupit eam intelligere huiusmodi erit. Si quædam temporis, uel magnitudinis pars nullo capitur sensu, neq; erit tempus quod sentire ualebimus, neq; itidem magnitudo, quā simpliciter, & pprie sentiamus. Sed temporis ita lōgitudinem sentimus, nō quia illam sentimus, sed quia aliquid eius sensu comprehendimus, pfecto & uniuersam sentiemus magnitudinem non quia hāc percipimus, sed quia aliquid eius sensu percipimus. Quæcūq; porro in tempore sentimus, iccirco sentimus, quia in aliqua parte eius ea sensu percipimus: similiter magnitudinem percipimus sensu, non quia uniuersam percipimus, sed quia eius quasdā partes comprehendimus, idcirco uerum asserimus cum dicimus quoddā esse tempus primum: in quo uniuerso aliquid percipimus. Eodem modo est magnitudinis pars quā primo uniuersam sensu cōprehendimus. Quicquid enim cōprehendit tum uere comprehenditur quando aliqua eius prima pars sumitur & percipitur. Album enī tum uere percipitur quando pars eius comprehenditur primo. Item aliquid mouetur quādo non omne mutat, sed pars eius tota mouetur. Vbi enim nulla erit pars per quā aliquid enūciatur de uniuerso cum per partem illi tale congruat non uere poterit ali-

quid enūciari primo de uniuerso quādoquidem per partem (ut dixi) quod enūciatur congruere illi uideatur. Ut ergo de aliis dicimus ita de his ppositis sentiendum est. Si enim nulla erit temporis uel rei percipiendæ sensu pars, quā primo sentiamus, minime uerum erit dicere, nos sentire tēpus uel magnitudinē per suas partes, præcisa sublataq; illa parte (primo) tollitur etiam illud (per aliud) sed si des tempus sensui incognitū, uel magnitudo demitur, illud primo, quoniam quantū tēporis cūq; acceperis id omne habebit partes sensui occultas, itaq; nullo modo sentiemus cum nō habeamus in quo primo sentire liceat. Similiter uniuersa magnitudo quasdā partes habebit nullo sensu percipiendas, quare nullam aliquam magnitudinem sentiemus, quia uniuersam percipimus, sed propterea quod habet partes sensu percipiendas, igitur neq; in tēpore aliquo primo sentiemus, neq; primo alicuius sensum habebimus, itaq; neq; per aliud sentiemus ea, quorum aliqd. non primo percipimus, itaq; neq; sentiemus in tēpore, neq; aliquam magnitudinem capiemus sensu. Cæterum si tempus aliquod subsistit sensu incognitum uel magnitudo, quæ sensum suapte natura fugiat, nec in tempore aliquo primū nec aliquam magnitudinem primo percipiemus quod ostendit, his uerbis.

*Si enim uniuersam molē uniuersamq; tempus aspectus continue percipit sicut in aliqua parte temporis, uel aliquid magnitudinis cernat si est id magnitudo quædam secetur pars illa C/B/in qua sentit, itaq; in aliqua huius parte uel aliquid huius sentit perinde ac dicas uniuersam terrā intuetur quia hanc eius partem aspicit, et spatio unius anni ambulat, qā uere uel æstate ambulat: sed in ipsa secta parte B/C/nihil sentit, quoniam itaq; aliqd huius A/B/sentit, idcirco uniuersam sentit. Eadē quoq; ratio est de A/C. Semper enim in quadam parte temporis uel aliquid magnitudinis sentimus, sed minime uniuersum tempus uniuersamque molem.*

Elementis propositum ostendit, idest nec tempus fore in quo primū aliquis sentiet, neq; rem sensu percipiendā quæ ideo sentiatur, quia eius aliquid sentitur, & non illa per se primo. Cōcisim admodum hoc uidetur ostēdere Aristo. Sed hæc dicit. Si quoddam tempus subsistit sensui incognitum perspicuū est, ut in eodem sit aliquod tēpus sensum fugiens in quo continue aliquid sentiemus. Iridem si fuerit aliqua pars sensui abscondita alicuius magnitudinis sensu percipiendæ in illa

Cōtex. 71.

Com. 71.

illa erit magnitudine quā sentimus & ita tēporis, & magnitudinis quę à sensu percipiuntur partes erunt sensui incognitæ. Eisdem elementis utitur pro tempore & magnitudine quę sensibus comprehendunt, & in genere fœminino p̄fert rem percipiendā sensu, quia accipit magnitudinē. Quādo dicit itaq; in aliqua huius parte, uel aliqd huius indicat lineam & tēpus de quibus demonstratio nem facit. Inquit ergo. si enim uniuersam molē, itidem subiūgit de tempore dicēs, uniuersumq; tempus cōtinue p̄cipit. Posuit (percipit) loco huius (cernit) & pro uniuerso idem tēpus cōtinue, ac si dixisset in aliquo uniuerso tēpore, quę ubi accepit ab eodem tempore A/B/ dedit C/B. Nā diximus ea uerba. Itaq; in aliq; huius parte, uel aliquid huius sentit de tēpore & linea dici. Egdem insinuat per illud uerbū (aliquid huius) magnitudinem uisam, quę quomō per partem uideat demōstrauit exēplo terræ, & quomō tps sentiat per suam partem exemplo anni indicauit. Terrā enim aliquis intuet, quia eius aliquam partē uidet, & spatio anni aliquis ambulat, quia in parte aliqua eius ambulat. Itaq; hæc exempla declarāt quid uelit per ea uerba sæpe memorata. Itaq; in aliqua huius parte, uel aliqd huius, ac si dixisset hæc uerba p̄dicta diximus, ac si diceremus terra cernitur, quia aliqua eius pars cernitur, similr in ipso anno aliquid diceretur ambulare, q̄a in aliq; parte ambulat. Si ergo uniuersam magnitudinē sentimus A/B/ in ipso tempore A/B/ & tēpus quādam partes habet incognitas sensui. Nam huius sententiæ contextus ille qui sic iacet, ut in aliq; parte temporis A/B/ sentit, iā habet tempus in quo cōtinue ponitur aliquid sentiri à quo partes nō p̄ceptæ sensu demantur, & si hoc C/B/ pars A/B/ temporis auferatur patet ut in tēpore relicto C/B/ reliquæ sensu percipiētur. Nam nulla pars magnitudinis sentiebatur à tēpore sensui occulto, neq; qđ est tempori cōnexum in quo sentiebatur sentit: quia in aliqua parte temporis sentit. Nam ponebatur pars A/B/ temporis A/C/ in qua sentiebat illud, & non in tempore obscura uerba ipse fecit: quia fœminini generis protulit tempus & cōiunxit cum illo terram uisam, quia itidem dicendum est de re quę percipitur sensu, ut de tempore in quo res uisa ponebatur uideri habens partes incognitas sensui, quibus sublatis fit rursus C/B/ relicta similiter, & ut eadem sentietur: quia partes incognitæ sensui quando erunt suo uniuerso coniunctę nihil conferebant, ut uniuersum sentiret. Vniuersum ergo A/B/ uidebatur nō per se, sed quia aliquid eius cernebatur, & hoc demonstrauit his uerbis, ut in aliqua parte tēporis, uel aliquid magnitudinis, ubi lōgitudinem & cōtinationem temporis dicit, cum dicit in aliq; pte

temporis, cum uero subiūgit uel aliquid magnitudinis rei uisæ magnitudinem dicit. Conclusio ergo est ut datum non sit uidere uniuersam longitudinem temporis, nisi quia aliqua uidet eius pars, neq; magnitudinem rei uisę, licet uidere nisi quidpiam intuetes eius totā cernere uideamur. Si enim ab utraq; magnitudine feces C/B/ cū nō p̄cipiatur sensu, nihilo minor relicta efficit, neq; illa quę tēporis est, neq; illa quę rei uisę erat. Cum hæc dixerit, breuiter nos monet quomō scire de beamus quid sit illud qđ non primo cernimus, & quid per aliud, neq; in tēpore primo, sed in aliqua eius parte, & id declarat exemplo quia totā cernimus terram quia partem, & totum ambulamus annū, quia partem. Vt enim de his cōclusimus, ita de quocūq; tempore dicendū est, in quo aliquis sentit, & de omni magnitudine, quę sentitur, quę cum loco medii posuisset, accepit conclusionē per hæc uerba. itaq; in aliqua huius parte, uel aliquid huius sentit, & causam assignauit dicēdo, sed in ipa secta parte B/C, nihil sentit. quoniam itaq; aliqd huius A/B, sed in ipsa parte C/B/ non sentit, tamen sentiebat in tempore A/B/ quia in parte temporis totam dicebatur magnitudinem sentire. Cum ergo demōstrauit etiam de A/B/ tēpore quod erat pars tēporis in quo uidebatur sentiens uniuersam molē sentire in uniuerso tpe rursus q̄a in hoc sunt qđam partes occultæ sensui ostendit illis sublatis relictam partem eius sentiri. quare nō i uniuerso tpe, primo sentit, & cum dixerit de omnibus tēporibus, & uisis rebus, hoc sentientum esse hoc indicat dicendo. Semper enim in qđam tēporis parte, uel aliquid magnitudinis sentimus, sed minime uniuersum tēpus etc. uel hæc uerba significant, neq; aliquod tempus sentiri, in quo primo sentiemus, & cum nō fuerit id quod primo inest, neq; erit id quod per aliud inest. Ideo per aliud est, quia illud est quod primo inest, uel quia tempus hic non habet partes perceptas sensu uerum est hoc ut aliquid factum in ipso sentiat, quia in aliqua eius parte sentitur. Quod si hoc uerum est semper erit aliquid auferendum ab eo, & querendū quomodo in ipso primo sentire liceat, quando separant partes ab eo quę nullo sensu percipiuntur, quia neq; possunt aliæ quædā partes demi. Et quādo aliquid uere dicitur de aliquo per partem et ab eodem potest aliqua pars demi qua dicebat uniuersum tale. Potest inquit C/B, ab ipso uniuerso tempore A, B, demi, in quo ponebatur aliquis sentire quia sentiebat in aliqua parte eius auferēdo eas in quibus non sentiebatur aliquid. Neq; etiā fecernitur & separat ea in qua sentitur aliquid, sed quia ponebatur in uniuerso sentiri id quod fit in aliqua parte eius. Vel accipiens partem eius,

Oedipo de  
opus est.

DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

C/B/ uidet si in hoc primo potest sentire, deinde dicit nihil posse sentiri sic in parte C/B/ tanquã primo. Si enim sunt tempora incognita sensui erunt partes hęc C/B/ quare & in his sentietur aliquid sic ut in aliqua parte eorum, igitur potuimus etiam dicere in ipso A/B/ sentiri aliquid. Vt de B/C/ parte temporis diximus, & de A/C/ parte eius dicere possumus, nihil enim in illo toto, tanq̃ in uniuerso sensu percepto sentitur sed illud in parte eius sentitur. Nam nullum iuenietur tēpus in quo aliquis primo sentiat. Semper enī diuidit̃ in minima ut lateat id in quo primo aliquid sentitur. Et esse tēpora incognita sensui ostendere possumus quia tempus nō refertur in numerū eorum quæ permanent, sed eorum quæ labunt̃. si ergo non permanet præteritum primaq; pars tēporis succedente secunda, ut ex his quoddam cōponi & colligi possit sed secundū quādam partem sensui incognitam labitur, omne tēpus erit incognitū sensui. Secus dicendum est de magnitudine quia & si aliqua minima eius pars addat̃ alteri propter paruitatem non perceptę sensui, quia manent aliquod uniuersum cōflabitur ex illis cognitum sensui, quod ex partibus tēpis fieri non potest cum altera abeat successione alterius. Proinde auferat̃ C/B/ in quo sentiebatur idest à tēpore in quo sentiebatur, quod auferens iterum demonstrabit de C/A/ sublata itaq; illa parte ab ipso A/B/ quia uerū est id in eodē aliquo sentiri. Cum dixerit per medium quomō dicatur aliquod uniuersum uideri propter partem & in aliquo tēpore quia in parte, & fecerit hæc clara per exempla subiunxit sed in ip̃a B/C/ neq; sentit causam dicēs cur paulo ante dixit de B/C/ itaq; in aliqua huius parte, uel aliquid huius. Nam q̃a in B/C, ablato nihil sentitur primo per illud, & de hoc illud erit dictum scilicet, In aliqua eius parte, ut de toto a/b/ dicebatur. igitur in aliqua parte B/C/ temporis A/B/ sentitur magnitudo quæ diceretur sentiri in toto C/B/ tempore. Et cum dicit uniuersam intellige tu magnitudinem & lineam. quæ ubi demonstrat, Eadem (inquit) ratio est de A/C, quod erat altera pars A/B/ uniuersi temporis: nihil enim sentiet̃ in ipso primo A/B, sed in aliqua parte. Semper enim quā accipiemus partem, ex tempore uel ex magnitudine unū aliquid tempore sentiemus, & aliquā magnitudinē percipiemus, sed omnino aliquam magnitudinē uel aliquod tempus minime. Hoc enim de omnibus rebus uisis dixit. Semper enim in quadā parte temporis, uel aliquid magnitudinis sentimus, sed minime uniuersum, quæ uerba indicāt, neq; tempus primo eē in quo primo sentiamus aliqd, neq; aliquod sensu comprehēibile quod primo, & uniuersum sentiamus. si ergo non fuerit illud primo, neq; erit quod est per aliud uerum, quia

quod est, primo etiam per se tale est.

*Omnia itaq; sensu percipiuntur sed non apparent quanta sunt. Solis enim magnitudinē intuemur ex quadricubitum eminus aspiciamus, sed quantum sit non apparet, sed uidetur interdum indiuiduum, et tamē non cernimus indiuiduū. Sed huius rei causam antea tractauimus.* Cōte. 74.

Quoniam supra demonstrat nullam partem rei perceptæ sensu incognitā sensui, quoniam sua parte natura talis incognita sensui nulli affectiōi subdita esset: Etenim millesima pars milii, non sentiet̃ & tamen eam uidet aspectus quādo illa est in milio non tamen per se: de hoc etiam mentionē nūc facit dicens, omnes partes rei perceptę sensu comprehensibiles sensu eē, tamen quāta sunt, non cernuntur principio. Nam quia non necesse est omnium quęcūq; uidentur quanta sint magnitudines uidere, imo ex longo interuallo uidentur indiuidua quāq; nihil sit indiuiduū, ut dixit. Equidem colores cernit aspectus in corpore, cuius rei causam alibi supra se dixisse testat̃, sed nō de sole cur ita appareat quāuis magnus sit, quia etsi ex longo interuallo aspexeris solem non apparet indiuiduus. Hoc exēplo usus est tanquã claro ad ostendendum non oportere ubi uidentur uisa quādā illico quāta sunt uideri. Cur autē partes uniuersi uisæ & si uideantur in ipso uniuerso quāte tamē sunt non uideant̃, causam tradit fuisse supra assignatā, ubi tradidit aspectum nihil quod in uniuerso locetur, per se uidere, sed quēadmodum dicebat singulas partes cernimus cū eo in quo sunt: etsi totum cernimus, attamē non singulas partes cernimus per se, neq; quanta sit quæq; pars percipitur, q̃a nulla huiusmodi & quātcūq; magnitudinis per se cernitur. Vel nos reuocat ad memoriam eius quod supra dixit, quoniā quæcūq; uidentur cum magnitudine uidentur. Nā fieri nō potest, ut album cernat̃ sine magnitudinē. Si ergo omne quod aspicitur est quantum, itaq; nihil quod aspicitur erit indiuiduū. Vbi ergo simul demonstrat non esse aliquod tēpus incognitū sensui, nec aliquam esse partem rei comprehensibilis sensu incognitā eidem, de qua erat summa eius cura, & studium, in pauca confert, quæ demonstrat̃ his uerbis.

*Ex his itaq; perspicuum est nullum tēpus esse sensu incognitum. Sed redeamus ad antedictam dubitationem ex uideamus plura ne simul percipere sensu ualeamus. Simul dico quæ in uno ex indiuiduo tempore unā sunt.* Cōte. 76.

Cum quæ disputata sunt præbauisset, oratio Cōm. 76.

nem conuertit ad propositam quaestionē cuius causa multa quę dicta sunt interiecit. Questio. n. erat utrum nobis datum esset uno uel pluribus sensibus plura simul percipere, quā quaestionem cum tractauisset probabilibus argumentis probauit id nobis nō esse cōcessum. nunc uero qd sentiendum sit, & quomodo possimus plura simul percipere declarat. Nam hoc euidens esse uidet, & cum iterum quaestionem repetat dicens plura ne simul percipere sensu ualeamus, quid uelit p hanc particulam (simul) explicat. Simul dico q̄ in uno & indiuiduo tempore una sunt. Adiecit una, ne quis suspicaretur ipm uelle quoddam tēpus indiuiduum introducere, sed ita uult indiuiduum intelligi, ut idem sit tempus, & unū eorū quę sentimus, & nō diuisum, ut sunt diuisa quę sentimus, ut uidelicet unū sentiamus in hac parte, & aliud in alia, sed in toto tempore & uno plura simul.

Cōtex. 76 *Primum itaq; num possimus simul plura percipere, uerum diuersis facultatibus animæ sic, ut indiuiduum tempus sit totum continuum, in quo sentimus, quærendum est. An principio quę uno sensu percipiuntur ut aspectu sentiantur sic, ut alius ex alio color alia ex alia facultate sensus percipiatur. Quod si ita est plures habebit partes easdē specie. Etenim quę sentiuntur in eodē collocantur genere. Quod si quispiam nihil prohibere dixerit quin ita in anima duę sint facultates, ut duo oculi sunt in corpore, quoniam ex his fortasse aliquod unum sit, ex eorum opus est unum.*

Com. 76. *Cum supra quaesiuisset an possimus plura simul sentire quoniā hoc perspicuū esse uidetur, primū ponit an nobis copia fiat plura simul sentiendi sic, ut simul in eodem tēpore omnia sed altera, & altera animi parte sentiamus, quęadmodū diuersi solēt percipere diuersa secundū idem. Iterum declarat illud uerbū (Indiuiduū) quomodo intelligendū sit, & dicit sic ut indiuiduū tempus sit uniuersum continuū. Cum enī dixisset simul dico quę in uno & indiuiduo tēpore una sunt, iterum mentionem facit de illo uerbo (simul) his uerbis. Primū itaq; num possimus simul plura percipere uerū diuersis facultatibus animæ, quia hoc uerbum simul significat indiuiduum tempus. Sed quomodo simul, & indiuiduo tēpore dicit adiecit. id est uniuerso tempore in quo diuersa sentimus diuersis animi facultatibus, qđ uniuersum tempus dicatur unū cōtinuū, & non in altero tempore unū sentiatur, & in altero alterū. Scribitur hoc etiam modo in indiuiduo. Et si fuerit hæc scriptura quę significet id quod sentimus*

erit sententia hæc non ita uno quodā sentimus plura simul uelut indiuidua eadem natura sed uelut in toto similiter omnia. Non enim una parte & indiuidua animi omnia percipimus sensu, sed uelut uniuersum hoc quod sentimus uno quoddam ex diuersis partibus cōtinuo & cōstituto. Quod uero hoc modo nequeamus plura simul sentire, his uerbis deinde ostendit, si plura sentiremus sic, ut alia atq; alia animi pte plura cōprehēderemus quādo plura simul quę sunt eiusdem speciei perciperemus plures partes essent sentientes similes inter se specie essent. Cum enī res sensu percipiendæ similes specie sint, partes quoq; similes specie erunt quę sentiunt. Si enī plures fuerint qui simul cōspiciant, & altero atq; altero aliud, & aliud, plures erūt aspectus partes, id est plures sensus, & aspectus plures similes inter se specie, quia res subiectæ illis sunt similes genere inter se. Omnia enim aspectabilia sunt. Idem enim est sensus eorū, quę sunt in eodem genere. Cum ergo probauisset per ea quę eodem percipiuntur sensu reliquum absurdū si quis assereret nos diuersis partibus animæ plura simul sentire, & deinde insistit quaestioni dicens, si quis plura uideret, & diuersa plures essent aspectus specie similes, subiungit deinceps. Quod si quispiam nihil prohibere dixerit, quin ita in anima duę sint facultates, ut duo sunt oculi in corpore, id est si qđ ostenderet ut per plura instrumenta cernēdi aspectus plura similia specie uidet, quādoquidem p duos oculos cernamus, ita animum multis facultatibus specie similibus uti quibus sentimus ea, quę sunt similia specie. Hæc interiecit tāquā ea, quę ad q̄stionem tollenda dici possent, sed hæc confutat dicendo non esse similem comparationem cum dicit. Quoniā ex his fortasse aliqd unū fit, id est ex aspectibus, & una erit actio amborū. Vnius enim numero erit amborum comprehensio & simul. Adiecit illud (fortasse) quoniam nihil de hoc hætenus certum est.

*Ibi autem si unū ex ambobus fit, illud erit sentiens. Si uero seorsum, nō similiter se habebit.*

Cōte. 77.

Ostendit non esse itidem dicendū de geminis oculis, & de pluribus facultatibus animę. Nam & si duo conditi sunt oculi, attamē quoddam unū fit, ex eis, quia unus est sensus, & una actio, quę p oculos agit, quocirca unā erit animi facultas, sed si unum fuerit qđ pluribus facultatibus agat, & circa unū erit utriusq; actio, & unā illud erit sentiens quod operatur una actiōe amborum, & ita nullum est absurdum. Vnius enim una est facultas q̄ per plura sentit, ut de oculis diximus. Quod si hoc negatur, quaestio erit quomodo plura una uis sentiat, qđ si diceret singulos sensus aliqua sen-

Com. 77.

tire, nō erit similis comparatio. Nam oculorum qui plures sunt una est actio unusq; sensus, sed si plures sunt facultates animi, plures sunt earū sensus. Etenim cuiq; facultati dabitur proprius sensus. obscura est oratio Aristotelis ppter ea quod copulāda sunt hęc illis uerbis q̄ dicebāt, uidelicet non similis est comparatio qua illi usi sunt.

Cōte. 78.

*Præterea ydem sensus plures erunt perinde ac quispiam scientias differentes diceret. Neq; enī actio sine sua facultate erit, sine qua neq; sensus subsistit. Quōd si hęc sentiuntur in uno ex indiuiduo tempore cōpertum est etiam alia sentiri posse. Nam hęc simul plura citius sentiri queunt, quā ea quæ sunt genere diuersa.*

Cōm. 78.

Cum interposuisset nō posse plura ita sentiri simul, ut pluribus & facultatibus & instrumētis sentiendi cōphēdātur quēadmodum de oculis dicebatur, redit iterum ad quēstionē, & absurdum ostendit, sequi quod iam indicauit. Si enim pluribus facultatibus simul animus plura sentiret, quæ sunt genere eadem, plures profecto haberemus sensus, & facultates cōphēdēdi, ut plures aspectus, idq; perinde ac diceret aliqs nos plures habere sciētias eiusdem rei. Nā eiusdem una est scientia, ita & sensus unus, sed cur haberemus sensus, subiūgit. Neq; enim actio sine sua facultate erit, neq; sine hac aliquis sensus erit, si enī plura cōspiceremus, patet nos etiā agere plures actiones. Sensus enim nequit agere sine propria facultate, quare quādo plura cernimus, plures actiōes simul agemus, si plures exercebimus actiōes, itaque plures sensus pluresq; facultates habebimus à quibus prodeūt diuersæ actiōes & diuisæ, itaq; plures facultates cernendi habebimus: itidē de cæteris sensibus dicēdū est. Cæterū animaduerte nō idem dici nūc his uerbis. Præterea iidē sensus plures erunt, ut prius dixit, primum itaq; num possumus etc. Cū ergo dixit primum nūc addit secundum. Præterea dicens iidem sensus plures unius erunt, ut qui per primū demonstrauit si plura simul cernerētur animus plures habere partes si plures & facultates oportere, per secundum ostendit actiones esse plures. si enim plures simul res cernendas percipimus plures simul erūt actiones, si enim plures facultates cōphēdendi aspectabilia fuerint p̄pria actione obiectum sensibus cōprehendent. Sine enim actione non fit sensus, q̄re simul unius plures erunt actiones quibus cōphēditur aspectabile, sed plures simul sese mutuo destruūt. Primū ergo assumpsit absurdum in qd̄ incidit opinio, id est plures partes esse animi, pluresq; facultates sensuum specie easdem, eodē modo plures esse uidendi & audiendi facultates, nūc

autem annectit etiam demōstrationē quomodo sint plures, & ostendit nos habere plures sensus qui eadem sentiant simul, præter absurdum addidit exēplum scientiarum. Nequeunt enim plures esse scientiæ eiusdem scdm̄ idem, ut scdm̄ idē agere dicamur, sunt enim multę contemplatiōes multaq; genera actionum, sed rerum diuersarū, quoniam etsi trianguli cognoscimus tres æquales esse angulos, idq; non minus congruere triangulo æqualium laterum quam scalenon, at tamen aliter triangulo conuenire, & aliter sp̄bus eius scimus. Cæterū cū dicit. Quōd si hęc sentiuntur in uno & indiuiduo tēpore hęc dicere uult, si enim animus uno & indiuiduo tpe plura simul uaria obiecta sensuū differētibus animi partibus, & facultatibus cōphēdit, perspicuū est, ut etiā plura simul specie similia sentiat. Est enim cōsentaneum magis, ut plura similia specie simul percipiamus quēadmodum supra dictum est nobis, quā ea, q̄ sunt genere dissimilia. Qui ergo hoc absurdum admittunt, labuntur in aliud id est coguntur fateri, nos habere plures easdē facultates. Sic enim scribitur. Quōd si hęc in uno & indiuiduo tempore sentiuntur. & hęc series uerborum clarior est, sed de his obiectis dicit, q̄ diuersis animæ facultatibus & sensibus cōphēduntur. Primum ergo ostendens fieri non posse, ut plura simul sentiamus tollit argumento à maiore, nunc autē à minore cōuertendo demonstrauit, si enim quæ multo minus datum est nobis plura sentire simul percipimus. (Hoc nāq; erat positum sub eo nos simul posse pluribus sensibus agere, & simul pluribus facultatibus sentire) itaq; quæ magis simul plura sentire possumus sentiemus. Quid sequatur absurdi, ex hoc ostendit, quia plures sensus, & plures facultates sentiēdi habebimus, quod fieri nequit. Plura enim similia specie simul sentire nobis datum non est. Sed notior esset hoc modo contextus. Si enim illa in uno & indiuiduo sentiuntur: patet etiam, ut hęc sentiantur, uel hoc modo, si hęc in uno & indiuidua sentiunt, id est si hoc ita se habet, & uirtus sentiēdi in uno & indiuiduo tempore obiectorum, quæ diuersa sint genere diuersis partibus, & facultatibus capax erit. Cum enim interposuisset res dissimiles genere sensu percipiēdas, redit ad id qd̄ p̄ponebat, patet ut sentiamus multo magis, ea simul quæ sunt similia sp̄e. Confiteamur ut facilius quæ sunt similia specie, simul plura nos posse percipere, quā ea quæ sunt diuersa genere, sed illud absurdum quod sequitur sub silentio præterit. Prædixit enim quōd si plura simul percipimus plures habebimus sensus, & plures aspectus quando plura aspectabilia cōphēdemus. Item plures auditus, ac reliquos sensus similiter, item quot erunt sensus, tot erunt

&amp; facultates



& facultates, & actiones. Verum illa scriptura mē-  
dosa uidebatur, quæ interrogatiōis modo scribe-  
batur: sed censeo sic legēdum esse. Si quispiam in  
uno & indiuiduo tempore nō senserit, perspicuū  
est, ut neq; alia sentiant, & oratio hæc aperta erit,  
& consentanea congruensq; his quæ supra tra-  
ctata sunt.

Cōte. 79. *Si uero alia sui parte dulce, alia uero album  
senserit anima, aut ex his unū quoddam erit, aut  
non unū sed tamē necesse est ut unū sit. Pars enim  
cui datum est sentire una est.*

Com. 79. Posuit uariis animum partibus sentire ea que  
genere discrepant, annectit nunc proinde di-  
cens. Si uero alia sui parte, & alia etc. sese itaq; cō-  
uertit ad diluendas dubitationes, & ostendit uim  
unam esse que capax sit omnium obiectorum, &  
si quonā modo una facultas queat plura simul &  
differentia obiecta cōprehendere uolumus scire,  
nos remittit ad librum de anima, ubi de hoc dili-  
genter disputatū est. Cum ergo alia parte, & alio  
instrumento animus sentit dulce, & alia albū sed  
nō diuersa obiecta eadem parte cōphendit, per-  
spicuum est ut singula obiecta sensibus capiant  
differentibus partibus. Quærit porrò unū ne qd-  
piam ex his facultatibus fieri & temperari queat  
aut unaqueq; facultas harum partium suū com-  
prehēdat obtū & fieri minime unū possit ex illis.  
Quod enim ex illis fit uel unū est, uel minime, q-  
bus uerbis significat aut unū sit subiectum & cō-  
positum ex diuersis facultatibus sensuū, aut non  
unū sed plura, quibus adiungit aliud diuisionis  
mēbrū, uidelicet necesse est ut unū sit, quia pars  
cui tributum est munus sentiendi una est, & nō  
plures & dudū ipse demonstrauit in cōmentariis  
de anima. quod si non esset una sentiēdi facultas  
qua omnia sensibus subiecta cōprehēdimus, neq;  
possemus cognoscere discrimē eorum & differen-  
tiam, quæ mutuo dissidēt, sed sic sentiremus obie-  
cta perinde ac alter hoc sentiret obiectum, & alter  
aliud. Quemadmodū enim qui diuersa sentiunt  
consensum non habent, ita nos si plura quibusdam  
diuersis partibus sentiremus nō possemus offer-  
re iudicium de his quæ inter se dissentiant. Itaq;  
quædam subsistat una facultas oportet cui datū  
sit ea discernere cui etiā cōcessum sit plura simul  
percipere quādo eadem uelut diuersa sentit. Cū  
ergo accepisset unius animæ unā esse partē, quæ  
comprehendat plura simul quærit.

Cōte. 80. *Cuius ergo illa unius erit? Nihil enim ex his  
unum oritur. Necesse igitur est unū aliquid esse  
ipsius animæ quo quæq; singula (ut dudū diximus)*

*sentiat. Sed sentiat unum genus per aliud. Vtrū  
ergo ut est aliquid indiuiduū actu, ita sit aliqua  
una facultas sentiendi dulce & album, sed cum  
actu diuisum fuerit alterum sit, quærendū est.*

Cum probauerit unam esse uim sentiendi, du-  
bitat cuius erit unius illa uis & facultas sentiēdi  
& cōphendendi. Nam ex his, quæ sentimus di-  
uersis animæ partibus ut dulce, album & odorē  
ac singula cetera obiecta dissimilia genere nō po-  
test fieri unū, quoniā mutuo temperari misceriq;  
nequeunt facultates sentiendi, neq; obiecta quæ  
sentimus, quod si possent facultates in unū redi-  
gi, & sensuum obiecta similiter sub unā caderent  
naturam uelut aspectabilia sub una natura sentiē-  
di, similiter & que audiri possunt & alia obiecta,  
cum ergo hæc uocasset in dubium subiungit. Ne-  
cesse igitur est unū aliquid esse ipsius animæ, quo  
omnia percipit, ob id hoc dixit quia necesse est ut  
una sit pars q̄ omnia obiecta percipiamus, sed ali-  
ud genus per suum instrumentū. Ceterum addit  
quomodo est alicuius unius uis sentiendi & unū  
subiectum, & cuius corporis capax. Sunt enim ua-  
ria sentiendi instrumenta, quibus fit cōphensio,  
ex quibus unum fieri nequit, quæ ubi dixit non  
refert ea uerba, Cuius ergo unius erit? ad instru-  
menta, sed ad facultates, quia est quædam una pars  
animæ qua omnia sentimus. Quomodo dicat in-  
diuiduum supra explicatum est, aut nos remit-  
tit ad ea quæ disputata sunt de anima, ibi enim  
demonstrauit unum esse id, quod omnium obie-  
ctorum est capax, quocirca etiam differentiam &  
dissidium eorum iudicat. Item demonstrauit qua-  
le sit, & esse unum asseruit tanquā terminum, &  
signum punctū, ac terminum plurium linearū.  
Ut enim is terminus unus est, atq; non unus, ita  
illud est unum, ut indiuiduum quo sentimus, sed  
quatenus plura diuersa simul percipit, nō unum  
est, pluriū enim simul est terminus. aut ergo nos  
remittit ad hæc, aut ad prædicta, quoniam oportet,  
ut situm in nobis sit unū quod sentiat, si enim  
alius & alius sensus aliud & aliud sentit, sequentē  
absurda quædam. itaq; unum numero sentiēs sit  
necesse est, quod diuersis & partibus & instrumē-  
tis iudicet diuersa, utitur porrò his quæ in cōmē-  
tariis de anima demonstrauit dicendo. Vtrū ergo  
ut est aliquid indiuiduū actu ita sit una facultas  
sentiendi dulce & album. His enim uerbis osten-  
dit quō cum unus sit sentiens queat plura diuer-  
sa simul sentire. Quia. n. accipit & iudicat, & unus  
est indiuiduus terminus omniū sentiendi instru-  
mentorum actu & suapte natura unum aliquid  
est & indiuiduū & est capax omnium obiectorū,


Alex. Aphro. de sen.

K

Com. 80.

quæ à quinque sensibus percipiuntur, sed quando diuiduus erit, actu est, & quando exercet actiones cæterorum sensuum diuidetur, & plura erit, quatenus ergo erit unum subiectum, erit idẽ oĩum obiectorũ capax & iudex, q̄ uero fungitur functionibus cuiusq̄ sensus plures erit sensus, & quomodo factus plura & diuersa capiat simul & de hac opinione disputauit in libris de anima, accepit autem illud, ut diuiduum, quia ut plurimum accipitur. Nam omnium instrumentorum sentiendi similiter existens terminus quãdo actu agit per plura instrumenta sentiendi tan-

Hæc opinio  
Platonis.



Plato in Thæteto.

Aristoteles

quã diuisa & plura accipit, sed qua fit simul plurimum terminus idem, et i instrumentis p plura agit, hac ratione & unum simul sentiet plura & genere dissimilia. Nam idem est unum & plura, ut in orbe cẽtrum, quod unum est subiecto, sed plurimum maxime quando uelut terminus sumitur linearum, quæ ad rotundã lineam ducuntur. Ibi ergo primam solutionẽ dubitationis attulit, quã etiam libro de aĩa adduxit, deinde scdm adhibet, quam etiam in libro antedicto posuit.

nem quod cadit in sensum habere magnitudinem, et indiuiduũ nõ posse sentiri perspicuũ est. Vnde enim uideri non potest et infinitũ interuallũ est, sed unde uidetur finitum. Similiter odor, sonus, et quæcũq; nos tangendo sentimus. Est porro interualli quoddam extremũ unde non cernitur et primum unde conspicitur, et hoc indiuiduũ esse necesse est ultra quod nõ est sentire, sed illud quod ei adheret sentiri põt. Si ergo aliquod indiuiduum sentiri potest quando in extremo sitũ fuerit unde postremum non sentietur, et primũ sentiri poterit, illud absurdum sequetur ut idem uideri, ac nõ uideri queat, quod fieri non potest. Itaq; de instrumentis sensuum, ac de his quæ in sensum cadunt quonã se habeant modo cõmuniter et singillatim dictum est nobis. Reliquũ est ut de memoria, et recordatione differamus.

His dicit, & ostẽdit affectiones unius & eiusdẽ numero non sic se habere ut quia nulla solitaria separataq; ab altera esse potest, iccirco sunt egedem inter

Cõtex. 81. An quemadmodum de rebus, ita de anima dicendum sit.

Com. 81. Sententia est, ut de corporibus & subiectis sensuum dicitur quia unũ & idem corpus numero plures affectiones fert. Nam pomum unũ numero simul dulce, flauum, aut album & odoriferũ est, quãquã hæ affectiones mutuo dissideant, & diuersis sensibus capiãtur, an ita de aĩa dici queat q̄ cum una sit capax sit plurimum & diuersorum simul ac iudex, quia plures facultates habet. Cum ergo ostẽdat unum esse subiectum quod habet plures affectiones simul inquit.

Cõte. 82. Albũ et dulce numero unũ atq; idẽ sunt et alia plura similiter. Si enim affectiones mutuo separari nequeunt, licet cuiusq; ratio ab alterius ratione differat, itaq; de anima itidem dicendũ est, quæ una et eadem numero omnium sit capax, licet aliter et aliter capiat et alia sit ratio eorum quæ genere differunt, et quæ specie. Quamobrẽ uno et eodẽ sentiet, sed ratione eadem minime. Cæterum om-

Com. 82.

inter se. Et enim & si separatae non sunt, at hæc tamen habent rationes diuersas, & quorū ratio est diuersa, natura quoque est diuersa, & hoc modo affectiones & earum subiecta differunt. Itidem dicendum esse de anima inquit sensitrice, quæ cum sit eadē atque una subiecto & numero quia unius est actus, erit omnium quæ sunt subiecta sensibus capax, licet secundum rationem & potestatem, & naturam differat, ut sunt diuersæ facultates in ea, & aliquæ genere differant, & aliq̄ specie, quæadmodum etiā sentiendi instrumenta differunt sentiendi. Colores enim discrepāt specie, colores autē & soni genere. quare anima erit unā subiecto sentiens oīa, & sæpissime plura simul suscipiēs, id est iudicans, sed ratione & natura nō eadem, quia alia est ratio facultatis quæ capit colorem, & alia eius quæ percipit sonum, uel saporem. itaque is sensus comprehendit plura, & differentia s̄m diuersas rationes & facultates, quod quidem nō eō dicit ut idem sensus referatur ad diuersa, modo ad sonum, modo ad colorem, ut Stoici qui dicebant partem principem hoīs, modo cōverti ad hoc, modo ad illud. Si enim hoc modo se haberet, sensus minime posset plura simul sentire, sed hoc uult, quia is sensus cum sit unus subiecto habet plures & differentes inter se facultates, quibus possit plura exercere simul. Quinetiā hoc magis si unus numero posset plura esse ratione & facultatibus, sed quomō simul cōtraria sentit. Nā licet unus subiecto simul plures effectus possit percipere, haud tamē cōtraria poterit. Nō enim quia pomū simul dulce & album est, iccirco simul erit albū, & atrum, uel dulce, & amarum, ita dicēdū est de sensu. quare neque illud uerum est, quod antea diximus, sensum uidelicet magis posse percipere ea quæ sunt eiusdem generis, quā quæ sunt diuersi generis. Nam aliquid minus est capax cōtrariorū simul quā eorū quæ nullū hñt cōe, sed si nō simul cōtraria percipimus, neque cōtraria iudicabit is sensus, siue quæ aliquid percipere non pōt, neque eorum differentiā discernere ualet. Est enim memorię munus & non sensus separatim aliqua retinere ut libro de anima expressimus. Nisi sensus etsi uidetur effici quādo afficitur, ipsum tamē iudiciū est eius. Quocirca cōtraria in affectione cōsistentia differunt ab his cōtrariis, quæ uersantur in iudicio. Nam in affectione cōtraria sunt album, & nigrum, sed in iudicio nec albi iudicium aduersatur nigri iudicio quādo aliquid iudicatur album uel nigrum. Nā hæc iudicia sunt simul uera, & non possunt cōtraria iudicia simul esse uera. Cōtrariū itaque iudicium albi nō est illud nigri iudicium, sed illud quo iudicaretur album esse nigrum, ideo hæc simul esse nequeunt in iudice sensu, sed illa iudicia

albi, & nigri simul manent in eadem sede, quoniam non sunt cōtraria. Cum tamē corpus afficitur nō potest cōtrariis affici, neque instrumentum sentiendi in quo est anima nisi secundū aliud & aliud instrumentū ut fit in oculis & in speculis quibus secundum aliā & aliā partem cōtraria percipimus. Hæc secunda solutio quæstionis à prima differt, quia in illa accipiebatur anima sentiendi nō unā numero solum, sed etiā facultate, sed in hac sumitur una numero, sed minime ratione una. Sed quem admodum corpora subiecta se habent, & res, ita & anima. Esse enim possunt illa in uno quodam numero subiecto plura quædam ratione & differentia. Cum ergo ostēdisset quomodo possimus plura sentire, deinde ostēdit nihil quod sentitur indiuiduū esse, imo quodcūque sentitur habere magnitudinem & diuidi posse, quia sentētia eo dudum loco usus est tāquā uera & concessa ubi dixit de diuisione affectionum, quæ in sensum cadebant, & de magnitudine solis. Inquit porrō quod sentitur omne habere magnitudinē, & patet quod sensu capitur non esse indiuiduū. Est autē argumentum quo utitur huiusmodi. Accipit euidentis & per se notum, hoc uidelicet nullū quod sensu capitur per medium è quouis interuallo, & qua distantia cūque percipi, sed esse certum interuallum quo quicquid cernitur cerni pōt, & quod auditur audiri potest, & quod odoratur odoratū mouere queat. Si enim sensus per medium efficiuntur. Gustatus autem & tactus nō per medium fiūt extrinsecū, neque per tātum interualli sentiūt sua obiecta, sed tangendo percipiūt ea. Vñ ergo non percipimus interuallum quoddam sensu comprehendibile imensum est, & penè infinitum. Si enim unde cepimus nō sentire augeamus interuallum semper nos remotiores facti, & continue quod percipitur sensu remouetur, adhuc magis idem non sentiemus. Infinitum hoc loco dixit quod imensum est, & non definitum. quoniam ergo euidentis est & concessum aliquod esse interuallum quo possimus sentire aliquid, & aliquod quo negamus sentire, perspicuum quoque est ut sit aliquod ultimū eius interualli quo cernitur id quod sub aspectū cadit. Rationem ergo adducit de his quæ cerni possunt, quoniam ubi fuerit cōclusum aliquid æque de cæteris ostensum erit quia per medium comprehenduntur. Est item primum unde incipientes reliquū non percipimus obiectum. quod si negaueris hoc primū, unde nō uidetur aspectabile, itaque per uniuersum interuallū cerneretur obiectū. Sed euidentis est per tātum interualli aliquid cerni posse, & cerni non posse quod primū est à quo cernitur. itaque aliquid quod nō uidetur necesse est, ut sit indiuiduum, quod etiam ipse accepit tāquā eui-

Alex. Aphro. de sen.

k ii

## DE SENSIBVS ATQVE DE HIS

dens, quia quæ non ita se habent quod est terminus & extremum, est huius principium & primum. Ostenditur hoc modo. si enim diuiduum esset, non esset primum, neque ultimum recte acceptum. Nam diuisio intermedium, & additio partium eius utriusque, & primo, & ultimo indicio est, ut neutrum recte sumatur & primum & extremum. Si enim diuidamus intermedium & addamus utriusque, nihilominus id habebimus ut prius sic, ut quod ex eodem interuallo non uisum tum non uideri nequeat quando ultimum erat à quo uidebamus ante additionem sumptum, neque primum à quo non uidebamus. Ultimum enim aspectabile illud est, quod per maius interuallum non uidetur, & primum aspectabile quod per minus interuallum non est aspectabile. Cum hæc ita se habeant si medium erit diuiduum inter id à quo primo non uidetur, & id ultimum à quo uidetur. Eo enim quod propositum ex diuisione ultra partem est, adhuc uideri poterit, & si id interuallum non seruabis ab ultimo erit aspectabile uisum. Etenim ex maiore interuallo erit uisum, quod si addito illo quod uideri nequit addas partes eius, adhuc seruabis illud quod cerni nequit, & iterum sublato interuallo primum uideri non poterit. Et. n. à quodam spatio ante id non uidebat: similiter si altero eorum uniuersum addas & serues, id simile non erit ante additionem recte acceptum. Vel ultimum dicas à quo uidemus, uel primum à quo non uidemus. Quia enim ei quod non uidetur additur maius interuallum faciet eius quod extremum aspectabile est, & eius primi accepti quod cerni nequit minus interuallum faciet, itaque indiuiduum necesse est ut sit interuallum inter ultimum à quo cernimus, & primum à quo non cernimus. Et post hæc demonstratione utens ostendit nullum sensu comprehensibile esse indiuiduum, & utitur conclusione probata. Si enim potest esse indiuiduum, esto aliquid huiusmodi. Hoc porro poneretur in ipso indiuiduo interualli inter ultimum aspectabile, & primum non aspectabile, & ita adæquabitur illi, & adæquatū illi uidebitur, & non uidebitur. Nam quia est in termino & ultimo aspectabilis uidebitur, quia deinde est in principio non aspectabilis non uidebitur. Si enim aliquis cerneret per quoddam interuallum per quod uisum esset primum aspectabile indiuiduum simul idem uideret, & non uideret, quoniam ponitur in ultimo interualli obiectum in quo uideri non poterat tum cerni non potest, & quia est in primo interualli quod uideri potest uidebitur, neque uidebitur cum ultra principium interualli poneretur à quo erat uideri non uisum, sed quæ ponuntur ultra tale principium non possunt cerni. Nam indiuiduum non potest cerni. itaque quia ponitur ultra tale principium in-

terualli aspectabilis non uidebitur. Neque enim esset uisum ultra tale principium, sed quia ponitur in ultimo & fine interualli uisi cerneretur. Si ergo nihil potest esse aspectabile, & non aspectabile simul secundum idem, itaque non poterit aliquod indiuiduum aspectabile esse. Quod si diuiduum erit aliquid eius cerni poterit, Superficies omnino ultimi uideri potest, neque adæquatū indiuiduum diuiduum & alterum est non aspectabile, quod enim ultra aspectabile est cerni non potest. Hoc enim erat id quod erat in primo non aspectabili & ultimo aspectabili in ultimo aspectabili posita cernuntur, quæ ultra hoc sunt non cernuntur & sunt indiuidua, quod fieri nequit. Ipse etiam e contra usus est interuallis. Ultimum dixit interualli unde incipit aspectabile & non uidetur postea. Sed uidetur non posse ultimum sumi eius à quo uidetur, ideo dixit & ipse in eodem, est enim unde non uideretur infinitum interuallum, illud à quo uidetur primum esse propinquum aspectui, ultimum post quod ab ipso interuallo non uidetur. Sed aliter aliis uidetur Aristoteles demonstrasse quia probabiliter putat demonstratum. Non enim omne aspectabile ab æquali distantia cerni potest, sed propinquum uidetur, & remotum minime & remotum ut astra cum ita se habeant hæc quomodo aliquis definiret ultimum interualli à quo non uidetur aspectabilia, uel primum à quo uidentur, uel sic maxime quædam uidentur per longum interuallum, quædam per breue, sed erit cuiusque terminus diuiduus post quem non potest cerni. Sed quæreret quispiam quomodo non ostendit ex his aliquam partem continui in diuiduam esse. Nam illud quod est medium inter ultimum aspectabile & primum, indiuiduum erit. Nisi oporteat cedere ipsum non simpliciter aliquod indiuiduum ostendere, sed indiuiduum quo ad sensum, & ostendit nullum tale sensum posse sentire quod nulla magnitudo sit indiuidua aliàs demonstrauit pluribus argumentis. Itaque intelligendum est omnem magnitudinem, quæ percipi sensibus potest diuiduam esse, & nihil sensu comprehensibile est indiuiduum, ut diximus. Quod autem sensus sentiat indiuiduum ostenditur, quia interuallum est indiuiduum quo ad sensum. quia si esset diuiduum, uel uideret aspectus illud uel non uideret, & sic tollerentur prima interualli à quo aliquid uidetur, uel extremum à quo non uidetur aspectabile, uel non necesse est interuallum inter id à quo uidetur, & id à quo non uidetur. Nam sic se habentium necesse est, ut unius sit principium, & alterius ultimum. si enim interuallum est continuum in quo extremum est interualli eius à quo uidetur uisum, & à quo incipit non uideri, patet ut aliquem terminum habeat communem qui uinciat ultimum aspectabile, & primum

mum non aspectabile, imo idem ambo erunt huius sanè terminus, & huius principium cum sit medius terminus indiuiduus, huiusmodi est terminus quo continua continuantur, ut est interuallum per quod uisa uidentur, & non uident, erit ergo in ambabus partibus interualli aspectabilis, & primi aspectabilis aliquid terminus huius, & principium alterius in quo positum fuerit indiuiduum sensu comprehensibile adæquabitur eidem, & erit idem in ambobus, quatenus erit terminus rei aspectabilis uidebitur, qua uero initium non aspectabilis non uidebitur, & ita simul uidetur & non uidetur, quia nō est in termino aspectabilis non uidetur, Sunt enim uisa hæc, & quia non ultra milium ultra quod nō uidentur uisa non est uidebitur. Est enim aspectabile qua in ultimo est, nō aspectabile, quia ultra est. Cæterum hæc contra Diodorum uel aliquē alium tractauit, qui de indiuiduis sermonem fecerit, & utebantur interrogatione male, sed qui

secuti sunt eos non utebantur recte argumento, quāuis inuentor usus sit recte. Demonstrauit Arist. per hæc quo ad sensum nihil indiuiduum esse, sed non demonstrauit non esse in rerum natura perinde ac ostenderit nullum comprehensibile sensu indiuiduum esse, quia interuallū inter ultimum & primum sensu comprehensibile non est indiuiduum, quia est continuum termino continuatum. Nulla item corporis pars nequit esse indiuidua, siue corpus sensu, uel nō comprehensibile sit/de quo utebantur paralogismo & cauillosa ratione, siquidem corporis pars est corpus, ideo in illis, neq; potest esse maximū non comprehensibile sensu, uel minimum comprehensibile suapte natura, quia oportet indiuiduū esse tale, sed omne diuiduum est, ubi ergo hæc demonstrauit breuiter, quæ tractauit in hoc Libro colligit & cōmemorat, deinde mentionem facit de his quæ illico hunc librum sequuntur, id est de memoria & somno.

¶ Finis Commentarii Alexandri in Librum Aristotelis

de Instrumentis sensuum & sensibus.

Lucillo Philaltheo Interprete.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and spans most of the width of the page.



# SCHOLIA MICHAELIS

## EPHESII IN ARISTOTELIS LIBRVM

DE IUVENTVTE ET SENECTVTE, VITA ET MORTE.

CONRADO GESNERO TIGVRINO MEDICO INTERPRETE:

*Authore damnato*

*Michael Ephes. Quæ, et quo ordine hoc Libro contineantur.*



**D**OST Librū de longitudine, & breuitate uitæ, hunc de senectute, ac iuuenta Aristoteles ordine proximum fecit. Longuū enim comitatur senectū, ut iuuetus id quod fugacis æui est. Hic igitur tractat idipsum

quod pollicetur, de senio inquam, & iuuenta. Item de respiratione, cuius functio plurimis animalium ad uitam est necessaria.

1 Primum autem ostendit, insitū esse cordi animalis principium, atque facultates unde sentimus, alimur, & augemur.

2 Deinde quod tam plantæ, quam animalia, refrigerio opus habent.

3 Quod nam satis sit plantis.

4 Refrigerationem animalibus, aut ab aqua, aut ab aëre dari.

5 Deinde contradicit Anaxagoræ & Diogeni, de respiratione loquutis; item Democrito, & Platoni, & Empedocli.

6 Refrigerandi causa respirationem fieri.

7 Exanguibus ipsum continentem ad refrigerium sufficere.

8 Aquatiliū aliqua refrigerandi se gratia humorem recipere, alia non ideo, ut delphinus, polyptus, sepia, & alia quædam: sed necessario, quia in humido nutrimentum accipiunt.

9 Plurima attracto aëre refrigerescere.

10 Refrigerationis causa pulmonē habere ea, quæ quidem habent.

11 Postea refutat Empedoclem, qui calidos esse pisces dixerat.

12 Deinde docet quid sit generatio, quid uita, quid mors, & quare animalibus ista contingat.

13 Item quid iuuentus, quid senectus.

14 Quamobrem quædam in aqua, quædam in

aëre suffocantur.

15 Quot & quæ sint cordis motiones, & quare fiant.

16 Postremo, quonā pacto respirantia hauriant aërem, & aquatilia aquam, felicissime declarat.



**N**unc differendum est nobis de iuuentute et senectute, uita et morte: pariter uero etiam de respiratione causas opus fortasse fuerit exprimere, præsertim cum animantium quædam huius munere uita fruuntur, secus priuentur. Cæterum quoniā de anima alibi definitum est, et quamuis constat essentiā eius nullo modo esse corpoream, nihilominus tamē in aliqua corporis parte ipsam residere certum est, eaque nobili et primaria: alias quidem animæ siue partes siue facultates, ut cūq; appellandæ sunt, in præsentia non attingemus. Eam uero partem, a qua tum nomen suum, tum uitam animalia capiunt, in illis que nacta sunt utrūq; (id est, et ut animal sint, et ut uiuant) unam et eandem esse oportet, qua tum uiuant, tum animalium nomine insigniuntur. Quandoquæ animal quatenus est quæ audit haud fieri potest quo minus uiuat. Qua uero uiuit, ea ratione animal esse, non sit necessarium. Si quidem plantæ uiuant quidem, at sensus expertes: cum sensus animalia a non animalibus secernat. Numero igitur opus est omnino unam ac eandem hanc esse particulam, essentia uero et ratione plura et diuersa esse nihil obstat. Neque enim idem est animal esse, ac uiuere.

Dictionem fortassis philosophica & cauta ratione apposuit. Necessarium autem est de respiratione uerba facere, cum nonnulla animalium respirationis merito uitam agant: & nisi respirent, eadē

Argumenti  
sentis libelli.

Sequētia in li-  
bro de respira-  
tione habentur.

amittant. Quare cognoscenda est respiratio, quæ nam sit, & quonam modo uitæ causa. Porro quod animæ sedes sit in corde, cuius principalis est facultas præ aliis partibus (est enim cor principium aliarum partium, quod & ipsemet hic innuit ita scribens: eaq; nobili quapiam & primaria ad reliquas) demonstratum est in opere de animalium generatione: uerumtamen etiam hic paulo post dicitur ac demonstrabit. Quid autem & nutritiua uis, per quam uiuimus, & sensitiua, per quam animalia sumus, unum ac idem subto sint, etsi ratione diuersa, et ipse Aristoteles in orationis progressu clarum faciet. Sed & nobis non nihil adferendum est, ex eis quæ alibi super hac re disputata sunt.

1 Primum itaque nutriendi facultatem in corde locari patet. Etenim si uitæ materies est calor & humiditas, uti prædiximus, talis autem est locus circa cor, ibi nimirum fuerit nutriendi uis.

2 Suppeditari uero animantibus à corde alimentum copiam, ex eo euidenter fit, quod uenæ quæ sanguinis & nutrimenti uehicula sunt, per reliquas quæ corporis partes trāseunt solū, è corde autem exeunt.

3 Quinetiam cum inter cætera cor primum distincte appareat in conceptionis abortu, aut dissectione, signum habetur, quod maxime & primum nutriat, & nutritiuam in se potentiam contineat.

4 Præterea in corde facultatem unde alimur existere, argumentum est, ultima cordis in obitu refrigeratio: tanquam resoluente se ac recurrente ad principium suum natura.

5 Ad hæc in medio situm cor, ad utramque partem, & quoquo uersus ex æquo se habere, & utrisque alimoniam suppeditare potest, non aliis eminus, aliis cominus. Quare hac iterum ratione fatendum, quod in corde sit alimentaria uirtus.

6 Rursus sentiendi facultatem non posse sine nutritiua consistere, his rationibus affirmat. Tanquam corrupto uiuere nequit amplius animal. At si nutritiua seorsim extaret, licet amissa sentiendi uis, superuiueret animal, uegetatiua potentia cõtētū, à qua necessarium uitæ alimentum accipitur.

7 Item si sensibilis potentia à nutriente seiuncta esset, animalia quæ utramque possident, non unam haberent animam, sed duas. Etenim negatiua cum seorsim in plantis existat, animam ipsis conciliat, efficitque animatas. igitur in animali quoque animalium fuerit id membrum, quod uegetatiuam uim seorsim paratim habet. Quod si ita est, non minus id membrum quod sentiendi uim continet seorsim, rursus animatum per se fuerit. Atque ita possent istæ facultates adinuicem abiungi, & in animali aliquæ pars nutriri solum, ac inde uita frui: aliqua uero sentire solum, non etiam nutriri. Quod cum dici admittitur, nulla ratione queat, omnino relinquitur ceu manifestum, cui parti facultas inest quæ

nos alit, eidem sentiendi quoque functionem primam competere.

Cum igitur sensuum instrumenta propria, unum quoddam sibi commune habeant sensorium instrumentum, ad quod eos qui sunt actu sensus necesse est peruenire. Hoc autem uidetur esse medium inter anteriorem et posteriorem partem. Anticum enim appellamus id, uersus quod sensus tendit: posticum, quod è regione ei opponitur. Porro cum omnium uiuentium corpus in summum et imum diuidatur (quas quidem situs differentias est ubique reperire) nimirum etiam plantæ in istorum medio nutritiuum habebunt principium. Quæ enim ingreditur alimonia, partem superiorem uocamus habito ad ipsam respectu, non ad continentem uniuersum. Inferiorem autem, ubi primum excrementum emittitur. Cæterum diuersus est modus in plantis et animalibus. Siquidem homini propter rectitudinem, in primis inter animalia cætera datum est, ut superiorem sui partem ad ipsius uniuersi summitatem erigat. Reliqua intermedio summi ac imi loco suum uerticem habent. Plantis autem nullo motu concessso, ad alimentum ex ipsa tellure attrahendum perpetuo hanc partem infra manere necessitas est. Nam stirpium radices et animalium os competentiam habent: cum illæ radicibus hauriant è terra nutrimentum, hæc ore sibi uictum sua sponte carpant. Porro cum tres partes existant, in quas animalium quæcumque perfecta sunt discernunt: una, quæ nutrimentum accipiunt: altera, quæ excrementum pellitur: tertia intermedia, quæ in maioribus appellari pectus mos est, in alijs inuenitur quæ ei proportione competit. Est enim alijs magis, alijs minus distinctum. Quæ uero incedere ualent, ad eam functionem destinata membra sunt nata, quibus uniuersam molem uehant: crura inquam et pedes, et si quæ ad eundem finem pertinent.

Rationem reddit horum uerborum: nimirum etiam plantæ nutritiuum principium habebunt in istorum medio: hoc est, inter supremum et infimum. Anteriorem enim & posteriorem partem non agnoscunt plantæ. Quo autem pacto etiam stirpes in medio sui principium, à quo alunt, habeant, deinceps aperiet. Primum uero excrementum, quod ultimum est, appellat. Reliquæ satis clara sunt.

Cæterum animæ uegetantis initium in medio harum



harū trium partiū consistere uidetur, siue sensui, siue rationi fidem habeamus. Multa enim animalia, licet utrinque auferat tum caput, tum pars alimēti capax, adhuc tñ uiuūt ea parte, qua cū fuerit ipsū medium. Patet hoc in genere insectorum, ut vespis et apibus. Quinetiā multa nō insecta, post dissectionem superuiuant, ob vim animæ uegetantis: cuius pars primario compos actu quidem una habetur, potētia uero plures: uidelicet haud secus affecte q̄ plantæ. Etenim stirpes diuisæ seorsim uiuunt, fiuntq; arbores ab uno principio multæ. Quam uero ob causam alia non queāt post diuisionem in uita cōstare, alia possint auulsa inseri inter plantas, alio loco cōmemorabitur. Cæterum in hoc insectorum genus, et plantæ conueniunt. Necessesse uero est tum nutriciam facultatem actu quidem unā esse, in his qui eius opera fruuntur, potentia autem plures: tum similiter sentiendi principium. Apparent enim insecta post dissectionem adhuc retinere sensum. Verūtamen, ut natura cōseruetur, satis robustæ sunt plantæ: insecta non itē, eō quod non habeant instrumenta cōseruanda naturæ idonea.

Primum quæ à sensu habetur euidētiam pro testimonio adducit, in medio sitam eē nutricem potentiam. Deinceps argumenta profert à ratione. Inquit igit, multa animalia partibus utrinque ablatis (nempe capite & eo quod infra cor est, nimirum uentre alimenti receptaculo) adhuc uideri uiuere ea parte, qua medium continet, hoc est, reliqua parte, in qua cor est, aut aliud eadē ueronatum: hæc enim mediū uocabulo comprehendit. Igitur si cæteræ quidem partes non uiuūt: uiuit autem ea quæ medium includit, siue cor, siue aliud eiusdem proportionis: uiuendi causa nimirum in corde, aut eo quod cordi respondet, obtinebit suam sedem. Cæterū quæ huiusmodi membrum, uidelicet nutritium habent, hæc actu quidem habent unum, potentia uero plura. Diuisione enim facta, in multa quod nutritium est distribuit. Ita uis alendi in corde, similiuē parte primum subsistit, inde in reliquum corpus deriuatur, quemadmodum sensus in organa ei destinata. Porro quāobrem, ait, aliæ plantarum auulsæ & insitæ uiuant, aliæ non (multis enim id negatum est) alibi ratio referetur. scilicet in opere de plantis. Qua de causa igitur alia non queant à diuisione in uita consistere, alia uero possint auulsa inseri in plantarum genere, alibi explicandū est. Quā scribit, auulsa implantantur, idem est, quod uiue

re queunt. Videtur autem obscura & ambigua oratio. aut enī ita accipi potest. Quā ob causam alia (scilicet animalia) diuulsa nō possint uiuere: alia uero reuulsa inserantur, uidelicet plātæ, & in uita durare ualeant: nō huius est instituti exponere. Aut aliter. Quid uero sit causæ, quæ aliquæ stirpium uegetæ maneat ab auulso, aliquæ uigere non sint sufficientes, aliās elucidandum fuerit. De hoc igitur sensu satis dictum sit.

Cæterum sicut anima quæ nutricis obit munus, actu una & simplex est, potentia multiplex: ita etiam illa quæ sensuum origo habetur. Differtis enim in plures tomos insectis, singuli sensum obtinent, cum liquido sicunde fuerint contacta presentiscant. Proinde tum plures sunt actu sensus. Olim ego puer lusitando temere magnos locuste pedes euellēbā, qui in terra, saxo, aut ubicūq; positi immobiles erant. at ubi aliquem ex ipsis attigissem, exultabat, & hac illac agebatur, utpote sensu præditus. At animalium partes superuiuere non ualent, licet adhuc sensus compotes, quoniā ore carent: de quo pluribus actum est circa finem secundi libri De anima. Plantæ uero uiuere possunt, ob causas illic enumeratas.

Et quod indigeant uel eo quo cibum sumāt, uel quo contineant: quædā et alijs, et horum utroque. Sunt autem similia huiusmodi animalia pluribus inter se concretis. Nam quæ optime constituta sunt, haud ita se habent: imo naturæ sunt in unum quæ coniunctissimæ. Quare per quæ exiguū sensum quædam eorum particule seiunctæ ostēdunt, quia affectum nonnullum animale retinent. Separatis enim uisceribus motum edunt, ut etiam ablato corde testudines.

Quibus ablatum fuerit caput, ea indigent & spoliata sunt parte qua sumēdum erat alimentū: Quibus autem uenter ademptus est, qua continendum. Porro insectorum partes uiuunt, quoniā insecta (ut in libro quoque De animalium gressu dictum est) referunt animalia ex multis animalibus composita. Fingamus enim fabulam, duos homines iuxta spinam concreuisse, deinde à sese inuicem abiunctos superuiuere. Tale quippiam de insectis est cogitandum, quorū unaquæque pars uelut animal aliquod existit (qua de re pluribus egi in Annotationibus in librum De animalium gressu) itaque uiuere possunt, quod singula uideantur ex pluribus animalibus esse constituta. Nam quæ absolutiorem habent sui cōstitutionem, ut homo, equus, & huiusmodi, iis non usu uenit, ut uel discissa uiuant. Quid ita? Quoniā hominis una est natura, non multæ. Sic & alia perfectiora,

Mich. Eph.

L

unum animal eorum singula existunt, non multis concreta. Et propterea quod unūquodq; ipsorum animal unum est, exiguum sensum aliqua seiuncta reliquū habet: Hoc est, parum & obscure sentiunt: insectorum uero partes admodū euidenter etiam minima sensu assequuntur, utpote quorum per se pars quelibet tanq̄ animal existat. Ita quidem insectorū partes exquisito sensu prædita sunt, quoniā singulis à toto diuulsis anima sensibilis actu inest: hominū autem & equorū & huiusmodi nō euidenter sensum habent, quando quidem non amplius animā sensibilem, sed eius affectum quēpiam solum retinent. Quantū autē affectiōes à suis subiectis differunt, tantūde unius cuiusq; perfectorum animantium sensus, à sensu partibus insectorum insito distat, & inferior est. Interest autē permultum inter ipsam animam, & affectiones ab ea pfectas. Igitur & hic sensus qui ab anima proxime fit, & ille qui remotius ab eius affectu aliquo prodit, plurimū inter se discrimen accipiunt. Mouetur autem etiam testudo exemplo corde, eo quod animalis affectus nō nihil habeat residuum.

*Præterea tam in plantis q̄ in animalibus, conspicuū est. In plātis qdē inspecta seminis generatio ne, itē insitione, detractiq; ramuli trāsplātatione.*

Accipit & hoc argumentū à sensu fidem. Manifestum esse dicit, in medio nutriciā facultatem uigere. & in plantis quidē indicio esse seminis generationem, insitionem, auulsiq; surculi supplantationem. Est autem insitio, inoculatio: à qua differt transplantatio in terram abstracti arbore surcult. Primam Græci ἐγκεντρῖον μὲν uocant: secundam, ἀποφυτεῖαν τ' ἐμφυτεῖαν.

*Siquidem pductio seminis in omnibus ex medio fit. Nam cum oīa substantiā habeant biforem, qua coherent, ibidem inest, in medio utriusq; ptis.*

Hinc enim ex caulis enascitur, ex radix stirpium. Medium uero ipsis est principium. Item in auulsione ac insitione idem cōtingit, maxime circa nodos. Est enim nodus rami quoddam p̄cipium, pariterq; medium.

Eius quod supra dixit, inspecta seminum generatione clarum fieri, hic declarationem adiungit, ita scribens. Siquidem productio seminis omnibus ex medio contingit. Quādoquidem è fructu iterum fit fructus, ut prunum è pruno, faba ex faba, & ex cæteris similiter: uidemus autē germen eiusq; radices enasci de medio, nimirum in medio nutriua uis est. In quo enim primū aliquid alitur, in eo alimētaria facultas est: alitur au

tem primo ac nascitur in medio, & radix, & germen, à quibus deinde semen generat: Itaq; in ipso medio talis est animæ pars. s. uegeratiua. Hic quidem sensus est, uerba autem sic sonant. Cū enim bialuia sint cūcta, qua coherent, extat. Hoc est, cum seminum essentia sit biforis, habetur & existit nutriendi potentia, qua parte fores iungunt, quod fit in medio. Igit̄ in medio est illa uis qua nutrimur. Et est media ptis utriusq; siue ualua utriusq; hic, id est, eo loco quo ualua coniuētæ sunt. Et caulis enascitur & radix stirpium. Non integra est oratio, ideoq; obscura, cū desit aduerbium (hinc) & coniunctio (enim). Quod si ita legeretur, bene haberet. hoc inquam pacto: Hinc enim & caulis enascitur, & radix stirpium. Itaq; si caulis atq; radix è medio profiliunt: semen aut siue fructus ex radice & caule nascit: nimirū & ipsum semen ex medio fuerit. Hęc dictio, Mediū uero ipsis est principium, idem sibi uult / ac si dixisset: Itaq; principū eorū ipsum est medium.

Hęc uox (ipsis uel eorū) tum de radice & caule, tum de seminibus nullo discrimine accipi pōt. Item in auulsione ac insitione idem cōtingit, maxime circa nodos. Per uocabulum (idē) nutriendi facultatem intelligit in medio sitam. Sūptū est autem hoc argumētū quoq; à manifestis sensui. Exempli gratia, fingamus lineā A/B/C/ arboris esse caulem seu stipitem, ramū B/D/ nodum B/E. (Hoc tātum docendi causa, non exquisita ratiōe. Quāobrem? Quia crassamentum habet arbor: Linea uero absq; omni latitudine cōsideratur.) Est igitur nodus initium rami, pariterq; mediū. Quoniam occupat inter caulem, siue trūcū & ramum, medium interuallum.

Itaq; aut ipsum auferunt, aut in ipsum inferunt, ut siue ramus siue radices inde nascantur, tanquam principium habeatur à medio caulis ex radice spacio. Quinetiam animalium sanguine imbutorum cor primum gignitur: id cōstat ex fœtu, quē in primo sui rudimento uidere licuerit. Quāobrem etiam in sanguine uacuis, necesse est aliqd eiusdē facultatis cum corde, primo tēpore nasci. Quod autem cor venarum origo sit, antea quoq; dictum est, ubi de partibus animalium agimus: itē sanguinem eo præditis ultimū alimētum esse, ex quo reliquæ ptes enascantur. Est ex hoc manifestum, alimentum ore primum confici, secundo vētre, ultimo idq; potissimum in corde. Proinde necessario ex sentiendi ex nutriendi compotis animæ fontem cordi ascribemus i sanguineis animalibus: siquidem omnis aliarum partium occupatio circa nutrimentum

ἐγκεντρῖον  
σμός.

Ita hñt exēpla  
ria nra græca,  
qd̄ aliqs fortē  
ex Michaele E/  
phesio sensum  
absoluerit. naz  
prius impfecte  
legebatur.

*nutrimentum, functionis in corde versantis gratia exercetur.*

Itaque aut ramum cum ipso nodo resecant ad transferendum, & acutam eius partem defodiunt, ut pote mediam, & uti nutriendi praedita: reliquam vero eminere sinunt. Aut surculum in locum alterius execti, in ipsum nodum imittunt inserentes. Idque faciunt, ut vel ramus arboris insitione enascatur. Prodit enim novus surculus, ut vicem adempti expleat. Aut ut radices ex surculo transferantur, & terrae mandato exoriantur. Caeterum ut inter rami & stipitem & radicem existit. Haud secus enim se radix ad stipitem principium siue medium extat, ita etiam inter stipitem & radicem existit. Haud secus enim se radix ad stipitem habet, quam nodus ad ramum. Quod autem cor inter caetera primum tum oriatum tum alatur, dictum est frequenter. Sed hoc etiam argumento animalium esse principium, animaeque domicilium ipsum cor astructur, quod initium uenarum sit. Item quod fons sanguinis, qui nutrimentum est ultimum: quod ubi fuerit, ibidem vis nutritiva erit, a qua sensibilis etiam auelli non poterit, ut demonstratum est. Adde, oris elaborationem circa alimentum uentris causa fieri, & eam quae in uentre peragitur gratia cordis, cor autem finem imponere. id enim sanguificat: itaque nobilissimum est, & principium. Itaque etiam in ipso, utpote principio, nutritiva & sensibilia facultates imorantur. In his uerbis: Siquidem omnis aliarum partium occupatio circa nutrimentum, etc. per alias partes os, uentrem, & iecur significat. Functiones enim istarum partium illius gratia, quae in corde fit, exercet.

*Debetur etenim vis primaria ei, cuius gratia reliqua sunt: nulli vero illorum, quae alterius causa existunt, ut se Medicus ad sanitatem habet. sensuum itaque principatus omnibus sanguineis cor incolit. Omnino enim necessarium est, in ipso omnibus alijs sensuum organis commune sensorium esse.*

Primariam uim appellat animam sensibilem & alimentariam. Haec autem est mens uerborum. Quandoquidem cordis gratia caeterorum membrorum actiones fiunt, merito oportet principatum ad ipsum spectare, aut ipsi inesse: non autem cuiquam alteri parti corporis, quae gratia cordis est ut ei subserviat: uti medicus ad sanitatem. quatenus enim medicus est, sanitatis est gratia: eodem modo hepar gratia cordis existit.

Duos autem manifesto ad cor videmus tendere, gustum inquam, & tactum. Igitur etiam in alijs idem fieri necesse est. In hoc enim reliqua sensoria mo-

tum cedere contingit: nusquam autem sursum ascendere. Praeterea si uita fruatur hac parte cuncta animalia, eiusdem beneficio sentiendi principium dari omnino sequitur. Nam quo quod est animal, eo uiuere dicimus: quatenus autem utitur sensu, animal appellamus. Porro quod obrem alij sensus manifesto ad cor contendant, alij in capite locentur (unde etiam aliquibus animalia cerebri usu sentire videntur) alibi causam seorsim attulimus. Itaque ex sensui manifestis argumenta iam deprompta conuincunt hoc in loco, & in medio trium interuallorum corporis, inesse principium animae, quae sensum, augmentum, & nutrimentum animantes usurpant.

Oratio melius quod daret, si pro coniunctione (autem) legeretur (enim) hoc modo: Duos enim manifesto, etc. Nam cum dixerit principatum sensuum in corde esse, ubi necessario commune sensorium est, & ibidem communis sensus: hic probationem adiicit: Duos, inquit, sensus ad cor pertingere conspicuum est. Quonia, ut in dissectionibus apparet, gustus atque tactus sensoria ad cor pertinent: unde patet, quod aliorum quoque, auditus, uisus, odoratus, eodem proficiantur. Non enim conuenit, alio loco consistere gustum & tactum, alio auditum, & reliquos duos. Quod dicit: In hoc enim reliqua sensoria motum, etc. Ita explanamus: Quicumque motus a sensibilibus obiectis in sensoriis instrumentis fiunt, illos contingit ad cor cedere, eo quod instrumentorum meatus eodem abeant, nullus uero ad cerebrum tendit, siue sursum, ut ipse ait: Quia nullus omnino ad ipsum fertur. Sed de hoc saepe dictum est, quo pacto ad cor perueniant sensoriorum meatus, licet in capite siti. Praeter autem iam enumerata, si uita in corde & ab ipso existit, ut dictum est: nimirum etiam commune sensorium in eodem erit. Quae enim animal est, eatenus ipsum uiuere dicimus. Quatenus autem sensu praeditum, ea & animal. Erit igitur talis ratiocinatio.

Quo corpus sentit, eo est animal.

Quo animal est, eo uiuit.

Quo igitur sentit, eodem etiam uiuit.

Hoc si ita habet, nequaquam in alia parte corporis erit sensus principium, in alia nutritionis, quae causa est uitae. Quamobrem uero, dictum est supra. Porro cur in capite sensuum instrumenta locum obtineant, expositum est in libris de partibus animalium, & de animalium generatione. Caeterum ubi scribit, In medio trium interuallorum: tres dimensiones intelligi uult, supra & infra, dextrum & sinistrum, ante ac retro.

Ratione uero idem conuincitur, quonia in om-

Mich. Eph.

L ii

ni re naturam quod optimū est facere, quoad eius fieri potest, videmus. Si autem vtriusq; principij essentia i medio sit, ptes vtrinq; sitæ maxime suas functiones obibunt, tum ea quæ postremū alimentum cōficit, tum q̄ capit. Ita enim cōmodum utriq; situm cor habuerit. Ad hæc medius ipsius locus, ceu principi conuenit.

Posteaquā à rebus sensui manifestis tāquā digito indicauit nutritiuam & sensitiuā animam in medio recumbere (siquidē est uidere in corporū dissectionibus, manifestissime meatus à gustu & tactu ad cor ferri: tum aliunde multa habentur hæcenus explicata, quibus adducit sensus, ut cor di uegetabilē & sensificā animam contribuat) deinceps id ipsum rationibus agit. Etenī, inquit, natura quātum fieri potest, ubiq; optimū efficit. Optimum aut fuerit, medium locū dictas animæ facultates occupare. Hac igitur ratione in medio erunt. Confirmat autē optimum esse locum medium, hisce uerbis. Si uero utriusq; principij essentia in medio sit, maxime partes utriusq; sitæ functiones suas obibunt. Horum sensus est. Quatenus locus medius, inter organa medius est, tum ea quibus alimentū assumimus, tum ea per quæ excrementa eius exoneramus, horū etiam ratione locum illum occupare debet anima. Quippe sita in medio potest ex equo & ab ore alimentū attrahere, & eius excrementa iterū expellere per aluū. Quoniā uero loco non distant nutritiua & sensitiua anima, ut demonstratum est: & hic nutritiuā in medio haberi cōprobamus (huic enī hoc argumentum est proprium) ibidem quoq; sensitiuā esse concedendum. Hæc, ut opinor, philosophi mens est: nunc ad uerba. Si autē, inquit, utriusq; animæ siue principij essentia in medio existat, etc.

Essentiæ uox idē quod natura innuit. Cuiq; enī essentia sua, natura est. Si igit in medio sensitiuæ & uegetatiuæ animæ sit essentia, ipsamet sensitiua & uegetatiua anima ibi fuerit. Cæterum hæc argumentatio magis cōuenit animæ nutritiuæ. Per partem autē quæ postremum alimentū conficit, colum, id est crassum intestinū, intelligendū est, sedi pximum. Concoquit enim & ipsum, & reliqua intestina alimentū quod susceperint, ut sæpe dictum est, præsertim in opere De partibus animalium: ubi indicauimus, intestina non illico detrusa in se à uentriculo excrementa propellere foras, sed conficere prius & concoquere aliquam eorum partem. Aluum igitur, seu uentrem inferiorem nominat, partem quæ cibum conficit, uidelicet ipsum intestinum crassum. Vltimum uero alimentum uocat hoc loco, superioris uentris superfluitatem. Nutrit enim ipsa quoq; dum ab

intestinis elaboratur & conficitur. Ventrem superiorem, partem appellat, quæ capit alimentū. Porro cum obscura sit oratio Aristotelis, hūc in modum efferri poterit. Cū enim in medio fuerit anima inter os, & pariter excrementa coquentē & suscipientem partem, licebit utriq; concoquenti inquam & accipienti, optime suo munere fungi, ppter cordis uicinitatem. Accipiendum igitur mēbrum capiens, ac elaborans pro una parte, os autem pro altera: ita ut inter utraq; cor mediū sit. Intestinum autem concoquentis nomine dignatur, nō quod solum id faciat: multo enim ante superior uenter alimētum elaborarat: sed quia pleriq; nesciunt, an & intestinum concoquat, adicere id uoluit. Hæc uerba: ita enim ad utrūq; collocatum fuerit cor: significat situm cordis in medio cōmodum futurum utriq; id est, tum concoquenti, tum capienti nutrimenta parti. Ad hæc p loci ratione, qui cum in medio tutissimus & munitissimus sit, principalis habetur: ibidem collocari debuisse uidetur. Vbiq; etenim natura opa sua ad incolumitatem salutemq; destinat. Potest aut anima salua & incolumis seruari in medio potissimum, quod locus tutus & munitus sit. Est uero mediū illud, pectus, & finitima cordi.

Præterea discrimen intersit opus est, inter id quod utitur altero, & id quod sui usum præstat. Discrimen inquam, ut excellentia, sic & modo. Quemadmodum differunt tibiæ, & quod mouet tibiæ: nempe manus. Itaq; si animal definitur ex eo, quod principium habeat sensitiuū, in sanguine inesse cordi hoc principium oportet: in exanguibus uero alia in parte pportionis eiusdem. Ceterum omnes particule, ac uniuersum corpus animalium, inatum quempiam sibi naturalem calorē continent: cuius merito, dum uiuunt, calida sentiuntur: defuncta autem & vitæ beneficio priuata, contrarium. Huius sanè calorē fontem sanguine imbutis in corde scaturire necessum est: sanguine uacuis in alio quod cordi respondeat. Alimentum enim cuncta naturali calore conficiunt & coquunt: inter cætera tamen maxie primas obtinet cor, aut quod ei respondet. Itaq; licet alijs partibus refrigeratis, vitam adhuc sustinet: suo autē calore extincto, una perit uniuersum. nimirum quoniā ab hac origine pendet vis omnis calorē & animæ, in quocūq; animantium genere. Tanq̄ ignitus animæ fomes cordi insit, in sanguine imbutis: in reliquis, alicui parti cōsimili. Necessariū igitur est una iūo gi &

gi et vitam et caloris istius conseruationem: eoq; corrupto, mortem appellatā fieri. Cæterū ignis, vt videmus, duobus modis corruptio cōtingit, aut tabe et marcore, aut extinctione, illam quæ spon te fit, tabem appellamus: hanc a contrarijs factam, extinctionem. Rursus illam, senectutem: hanc, violentiam.

Id quod utitur altero, uocat mediū, id est thoracem, & locum circa cor, ut dictum est. Quæ sui usum præstant, sunt partes instrumētales, ut pedes, & huiusmodi, Quādoquidem enim thorax maxime necessaria pars animalis est, citra quā animal consistere nequit: ipsa uero sine alijs existere potest (etenim animalia multa neq; caput habet, ut cancri: neq; pedes, ut usu pedum priuata: neq; manus) alia nimirum thoracis gratia sunt, & a facultate ipsi insita dependent. Quod si ceu manifestum admittitur, medium id erit quod reliquis utitur: reliqua uero quæ usurpantur & utenti se præstant. Modus uero utentis est præstantior, quatenus id quod utitur agit, & mouet, ac imperat: reliqua uero patiuntur & mouentur & obediūt. Cuius autem potior est modus, eiusdem excellentia quoq; potior est, & ipsummet potius præstantiusq;. Si uero in præstantiori animā esse necessariū sit, in medio sanè fuerit. Cæterum meminit hic manus tanq; utentis: tibiārum uero, ut eorū quibus utitur. Est autem manus tibiis excellentior. igitur etiam medium excellentius alijs: & innati caloris principium fuerit. Principium autem inani caloris est anima nutritiua: principium igitur huiusmodi in corde ponendum. Idq; manifestariū est ex eo, quod ultimum refrigescat cor, tāquā resoluente se natura, & ab extremis uitamq; facile expiraturis ad principium recurrēte. Maxime autem in officio coctionis primarium esse cor dicit, & paulopost: Quasi ignitus aīæ fomes hīscē particulis insit. Translationem à prunis duxit, quibus ignis fomentum includitur. Eodem enim pacto anima cordis, aut consimilis partis est incola. Ceterum inquit tabem esse senium, extinctionē uero uiolentum, siue uim & uiolentiam.

Porro usu venit, utrumq; genus corruptionis propter idem. Deficiente enim alimento, cum non habeat calor unde nutriat, interitus ignis euenit. Item contrarium obsistens coctioni, quo minus alatur corpora, in culpa est. Aliquādo tabes contingit, calore nimio collecto, et impedita respiratiōe, ita ut nullum refrigerium sentiatur. Nam et hoc pacto multus accumulatus calor, illico nutrimentum absumit, idq; prius q̄ intus vapor aeris con-

sistat. Quapropter non modo minor ignis marcescit, appositus maiori, sed etiam ipsa per se lychni flāma maiori imposita flāme comburitur, ut quod uis aliud idoneū vri. Huius rei causa est, quod alimentum quo flāma minor fruitur, id maior absumit antequam illi nouū accedat. Ignis autem perpetuo nascitur atq; fluit instar fluminis: quāuis ob celeritatem lateat. lam igitur indubitatum est, siquidem conseruandus sit calor (id autem ad uitam necessarium est) oportere aliquam caliditatis in suo exortu refrigerationem fieri.

Vtrūq; genus, inquit, hoc est tum tabem tum extinctionem. Sensus est, utraq; corruptionem propter unā & eādem causam fieri. scilicet alimenti inopiā. Nam & quā marcescit, propter indigētiam nutrimenti, quo fruatur, marcescit iminutū donec pereat: uti flāma in lucerna, cū oleo destituit. Quo autē mō nimius ille calor fiat, insitumq; cordi humorem depascatur, unde marcores sequuntur, pulchre Galenus explicat in libro De febrium differentiis, eadem quæ hic depromens, sed oratione instructiori. Et quod extinguitur, similiter perit. Vbi enim nimis est contrarii nutrimenti (primum enim nutrimentū cōtrariū est, ut in libris De generatiōe corruptiōe q; & illi De anima & alijs multis dictum est) tum obruitur quā nutriēdum erat, & præ abundantia perit. Sic obrutum igitur & extinctum interit alimentī penuria. Cum enim uincere ipsum nequeat, ob contrarietatem, necesse est non alii. Marcescit uero calor nobis innatus, si non respirauerimus. Aer etenim qui per inspirationem haurit cum frigidus sit (quippe circumfusum terræ frigidus est) retundit caloris uehementiam, & ad mediocritatem reducit. His uerbis: Prius q̄ consistat uapor: qui per inspirationem ingreditur aer accipiendus est. Ceterum nō modo minor ignis maiori appositus extinguit, ideo quod illius alimentum hic statim exedat: sed multo citius peribit maiori igni tanq; uasi cui piam impositus cum oleo lychnus: comburetur enim oleum, & extinguetur. Si enim tantum ad motus exuritur, multo magis iniectus, ut uinū amphoræ, sic igni lychnus cū oleo, exuretur. Cū igitur alimentum, quo calor innatus nutrit, simile sit oleo cum lucerna in ignem coniecto, ocyus comburet, nisi calor, qui nutritur ab ipso, aliūde refrigescat. Ipsam per se lucernę flāmam dicit, hoc est ipsa cum lucerna cum flamma sua. Itaq; minor à maiori flāma restinguitur, eo quod flāme essentia non alia sit, nisi quatenus cōtinue gignitur: sicut aqua ex niuibus in cōtinua earū liquefactione consistit. Vbi uero materia & alimentum,

Gal. lib. I. cap. 10. & II. de feb. briū dīntijs.

unde nascatur haud suppetit, necessario extinguitur: ut aqua non fluit amplius, fieriq; desinit, ubi non sunt niues, ex quibus ante fiebat.

*Argumento fuerint suffocati carbones. Nā si instrumento, quod Græci πύργος vocant, (quasi dicas suffocatorium) continuo obiecti sint, mox restinguentur. Si quis autem alternis operculū frequenter adimat et reponat, multo tempore conseruabit ignitos.*

Suffocatos carbones appellat, qui opculo quo piā testaceo, aut alio denso atq; solido integuntur, qui statim extingui solēt. Cito enim deurit ac restinguitur materia, cum aer obstāte operculo non igraditur, ut flāmæ caliditatem refrigeret, & ad mediocritatem perducatur. Si quis uero alternis & uicissim imponat operculū, & rursus auferat, diu cādentes permanent. Crebra enim remotiōe ingressus aer calorē refrigerio tēperat, neq; citius materiam, unde nutriuntur, absumere finit.

*Occultatio uero, tuetur ignē. Nam et perspirare non prohibetur, ob cineris raritatem.*

Occultationem uocat, quæ cinere fit. Multi enim initio noctis cineribus carbones obruunt, qui tota nocte durāt igniti. Soluit autē his uerbis obiectionem, quæ fieri posset hoc modo. Si pruna suffocatur propterea quod aeris aditus, quo refrigeretur, ei sit interclusus: qui fit, quod cineribus obruti seruantur? Diluit igitur hanc instantiam, quasi ita diceret: Operculati quidē carbones extinguntur, ppter operculi densitatē: occultati autem sub cinere non extinguntur, ob eius raritatem, quæ nullo impedimēto est, quo minus caloris exuberantia exeat & dissipetur.


*Et aduersus aerem ambientem munimento est, ne copia caloris insiti ipsum extinguat. Sed super hac causa, cur contrariū accidat occultato et suffocato igni, (ille enim diutius perdurat, hic marcescit) etiam in Problematis dictum est. Quoniā autem omne uita præditum habet animam, neq; sine naturæ existit calore, ut diximus: stirpibus quidē ab alimento et aere ambiente satis est p̄sidiū, ad naturalis coloris incolumitatem. Etenim alimentum introiens refrigerat: ut etiam homines, postq̄ primum ingessere cibum.*

Aerem esse calidum, qui carbones cinere operos ambit, euidēs est. Hoc uero inquisitione dignū, quo nam modo carbonum quidem calorem raritas cineris exire non prohibeat: eum autē quo præditus aer est, phibeat ingredi? An cum uehemens sit prunæ feruor, aeris calorem, ut qui minor est, ingressurum retrudit, & arcet ab introitu? Quod autem aeris si ingressa coniungeretur prunarum caliditati, ipsas extingueret, non obscurum est. Ita enim auctior ipse calor, multo citius prunę materiam combussisset. Eandē ob causam expositi ad solem carbones, celerius restinguunt. Sed hæc in Problematis dicta sunt, quæ qui uoluerit legat. His uerbis: Neq; sine naturæ existit calore: hoc innuit, ipsum animal non sine naturali subsistit caliditate. Cæterum plātis, utpote pauco præditis calore, satis ad refrigerationē esse scribit alimentum, quod aquosum, ac terrenū, eoq; nomine frigidum attrahunt: & ambientis aeris frigiditatem. siquidem telluri circumfusus aer frigidus est ut sæpe diximus.

*Ieiunia uero calorem et sitim excitant. Quippe aer à motu uacans ppetuo, calefit: idem alimento ingrediente, motu refrigescit, donec absoluerit concoctionem. At si uel ambiēs aer propter annit tempus ualde frigidus sit uehementi gelu exorto, arescunt: uel æstate nimij fiant æstus, adco ut qui è terra exugitur humor refrigerare stirpes nequeat, marcescens calor interit: quo tempore arbores tabitudine, sideratione et carbūculatione affici dicuntur. Quāobrem genera quædam lapidum subtus radices mittunt, et aquam in uasis ut plantarum radices refrigerētur. Porro animalium quoniam alia sunt aquatilia, alia in aere degunt, ex his et per hæc refrigeriū sibi comparant, quædam aqua, quædam aere. Quo autē et quali modo id fiat, post hac ex instituto differendum est.*

Quod si alimentum refrigerat, haud dubie calfacit ieiunium. Aer enim uentri inclusus, dum nullo motu cietur, calefit: ingrediēte uero nutrimento, refrigescit. Cæterum arbores tum à frigore, tum ab æstu arescūt. Ab illo quidem, quoniā innatum calorem extinguit: ab hoc autē, quia exurit alimentum, quo fouentur. Reliqua nihil indigent aliena luce, si quis uel minimum animaduertere uoluerit.


FINIS.



# ORNATISSIMO VIRO

D. AEGIDIO SCVDO,


CONRADVS GESNERVS S. D. P.



**D**IVERSAE sunt causae, clarissime vir, quibus impulsus, qui aliqd lris mandant, opera sua alijs ascripta nuncupant. Ego vero hanc in primis ac fere solam sequor, vt hoc pacto mihi aliorum amicitiam conciliem, siue confirmem antiquam, siue iaciam fundamenta nouae. Spes enim est, literario munere prouocatam, aut confirmatam amicitiam, q̄ stabilissimā fore. Itaq; ad humanitatem tuam mitto hunc libellum, tum amicitiae impetrandae τὸ πρόξενον ac internūcium, tum animi grati indicium, eo quod nuper tanta comitate ac hospitalitate hominem ignotum acceperis, quum regionem vestram montesq; viscendi gratia Glaronum appulisses. Sunt autē haec Ephesii cuiusdam Michaelis nomine, in Aristotelis opusculum De longitudine et breuitate vitae Scholia: quae cum antehac a Graecis tantum, et ipsorum linguae conscijs legerentur, Latinae reddita tuo nomini nūcupare volui, non ingrata tibi fore ausus mihi polliceri. Noui enim te omni literarum genere liberaliter delectari: quod cum doctorum de te p̄conia testatur, tum tua Rheticae alpiumq; ueteribus Geographis accommodata doctissima descriptio. Hoc autem studium et eruditio in te tanto magis suscipienda sunt, quod inter magistratus, quos apud Sarunetes et Thermopolin Heluetiorum oppidum praefectus gessisti, literas non deserueris. Quotus enim quisque est apud nos hoc seculo vir diues, aut Princeps, eruditus? Pleriq; proh dedecus, literas cum literatis extremo odio prosequuntur, et nihil non potius agendum q̄ philosophandum existimant. Sed illi valeant. Tu vero Aegidi, vir doctissime clarissimeq; hoc qualecūq; chartaceum donum animo candido accipe, stilo quidem non accurato aut oratorio exaratum, sed simplici atq; plano: alioqui tamen, vt spero, non iniucundum studio sis, neq; inutile futurum, tam scholiastae Michaelis nomine, quam ipsius Aristotelis, cuius quoq; verba meo Marte latina facere malui, quam aliena describere, praesertim cum non ubiq; placeant: et pari propē labore aut aliorum transcribere, aut de integro vertere liceret. Vale,  
 Tiguri, Anno Salutis 1541.  
 Augusto Mense.

Tetrastichon ad Lectorem.

Φαντοίων αγαθών ἡμῖν μόνος αἴτιος ὄντως,  
 Μόνος ἐπιτημῶν, ὅσπον ἔοικε βροτοῖς,  
 Μακροῦ ἀριστεροῦ ληθῆς βίοντος, βραχέος τε διδάσκει,  
 Μικρῶ ἐπιταμῆνος αἴτια βυβλιδίω.



# MICHAELI SEPHESI

## SCHOLIA IN LIBRUM DE LONGI-

TVDINE AC BREVITATE VITAE ARISTOTELIS,

CONRADO GESNERO TIGVRINO MEDICO INTERPRETE.



**A**NIMALIVM alia brevis, alia longa vita, eiusdemq; cause. Quam ob causam animalium alia diutius, alia minus agant viuacia, et in vniuersum de vita longa breuiq; cause inuestigandae sunt. Faciendum autem initium, dubias quaestiones proponendo. Non enim constat, an diuersa an eadem inter animalia cuncta, atq; plantas ca sit, cuius merito vel breuior aetas, vel diuturnior, eueniat. Nam et inter plantas aliqua annum, aliqua praelongum viuendi terminum habent. Dubitatur etiam, num eorum quae natura constat eadem longaeua, et natura degant sana: an vero discrimen intersit, ut eodem modo inter breuis aetatis et morbosum corpus. An per aliquas aegritudines morbida corpora, cum vitae breuitate cohaereant: per alias nihil impediatur longa vita, licet valetudinaria. De somno quidem et vigilia loquuti iam sumus antea, de vita autem et morte deinceps agendum fuerit: item de morbo et sanitate, quantum ad eius naturalem philosophiam attinet. Caeterum mutuo differunt non tantum vniuersa genera sibi collata, sed etiam quae sub vnam speciem redigunt, accipiunt discrimen: verbi gratia, in genere differentiam dico, qualis est hominis et equi. illorum enim genus viuacius equis est. In una specie, ut hic homo longaeuior illo. Hoc enim accidit, idq; praesertim pro locorum varietate. Siquidem nationes in calidis regionibus plixiorem, in frigidis breuiorem agunt vitam. Nec minus in eadem plaga simile discrimen inuenias.



**Q**UVM sibi scopum Aristoteles in hoc libello de longitudine ac breuitate vitae proposuerit, satis est euident. Querit enim, qua de causa, quouie modo animalium haec multum aetatis, illa parum durent. Primo aut loco meminit, se iam de somno suam sententiam protulisse, deinceps de sanitate morboq; iuuetute ac uita dicturum, utpote ordinis postremi naturalis speculationis. Primum igitur hic inquit, quidnam facile sit obnoxium corruptioni: hoc enim intellecto, etiam eius contrarium elucescet: nempe quid aegre corrumpatur. Deinde quid sit longaeuum, & quomobrem: tum de longaeuis per generis & locorum differentias agit. Postea cur plantae viuaciores animalibus sint, & in plantarum genere aliae aliis, indagat, eadem exactius in libro de plantis ex professo tractaturum se promittens. Series orationis hoc pacto cohaeret. Exordium est addubitando diuersa ne, aut eadem omnibus insit animantium, & plantis causa, ob quam alia aliis tardius citiusue corrumpantur. Non enim satis est euident. Praeterea constat in me natura eadem ipsa longam & incolumem aetatem exigat. Aristoteles hic adiecit (natura constantium) non quod naturalia non sint quae carent anima, ut lapides, & caetera. constant enim haec quoque natura. Sed magis & maxime naturalia sunt, quam uita fruuntur, ac in primis naturam in se continent. Num igitur eadem sunt viuacia atq; sana? Hic subaudiendum est, & uitae breuis & morbosa. Tum illud subiungitur: Aut seorsim uitae breuis conditio, seorsim valetudinaria existit. Eritque sensus: Aut sunt aliqua breue tempus uiuentia, non morbosa, sed potius sana. Morbosa uocat, non quae perpetuo morbis tetantur, sed quae leui quacumque de causa morbos incidere idonea sunt. An per aliquas aegritudines laeguida corpora, affinem naturam habent cum illis, quae breuem uitam sortiuntur. Hic επαλλάττειν uerbum graecum, naturae tam similis esse significat, ut unum pro altero queat accipi: ita ut eadem sit valetudinaria & fugax uita.

Caeterum



Cæterum pollicetur disserturum se deinceps de sanitate ac morbo, quantum eius ad naturalem philosophiam spectat. Pertinet autem ad ipsam, & conuenit dispicere, unde & quo pacto illa possint consistere: Medici uero est, quomodo in corpore fiant, considerare. Porro hanc uitæ extensæ & contractæ differentiam, inquit habere tum tota genera totis comparata, tum eidem speciei subiectorum unum ad alterum. Tota quidem genera, ut homo, & equus. ille enim superat equum uiuendo. Sub una uero specie unum alteri collatum, ut homo homini. Nestor etenim amplius Achille uixit.

Porro intelligendum est quid inter ea que natura consistunt facile corruptionem, quid contra difficulter sentiat. Siquidem ignis & aqua, & alia huius generis, facultatibus inter se distantia, ortus & corruptionis mutua sibi causæ sunt. Proinde etiam alia singula, quæ ex ipsis sunt & constant, eorum natura participare consentaneum est: quæcûq; non per compositionem multorum constituta sunt, ut domus. Sed de cæteris alia ratio initur. Multa enim suo modo intereunt, ut scia, sanitas, & morbus. Namque corruptæ hæc, et si non pereant in quibus concepta fuerant, sed integra maneant. Sic ignorantie interitus est, recordatio & disciplina. Rursus scientiæ, obliuio & fraus. Euenit tamen, ut cæterorum corruptiones naturalium interitus comitentur. Animalia etenim si obierint, etiam scientia & sanitas, quæ inerant ipsis, pariter intereunt. Quæ obrem de anima quoque huiusmodi rationibus uteretur aliquis. Quoniam in corpore si fuerit anima, non natura, sed eo pacto, quo in ipsa anima scientia est, posset utique etiam alio modo perire, non solum unam cum corpore. Itaque cum talis esse non appareat, aliter eius societatem corpori iunctam haberi oportet.

Omnino conuenit super his distinguere. Nam cum institutum sit nostrum de longitudine uitæ & breuitate disputare, diu autem uiuant quæ non facile corruptionem incurrunt, sicut breuiter quæ facile corrumpuntur: de his ipsis differendum fuerit, ut his intellectis, minori negotio propositum assequamur. Cæterum hæc uerba (ignis enim & aqua, & alia ipsis cognata, non eadem ui prædita) tanquam seorsim & à nouo principio scripta, hunc sensum habent. Ignis, aqua, aer, terra, se corrumpunt inuicem: Quod si ita est, etiam in animalium corporibus idem agent, ita ut unum perdat alterum. Vno autem quocumque tandem perduto, necessario quoque id quod ex ipsis constat, interibit. Nam quod scribit, consentaneum esse illorum participare naturam, non ali-

ud sibi uult, quam corruptionem sicut ipsa elementa experiri. Participant uero mixta simplicium naturam, non omnia, ut neque domus. Licet enim unus perierit, non tamen cogitur uniuersa pessum ire. Sed uiuentia eo pacto se habent. Nam de cæteris ratio est diuersa, neque huius loci, cum sibi peculiare atque proprios intereundi modos sortita sint. Sua enim est scientiæ corruptio, qua perit superstitie, quod ipsam continebat, animali. Siquidem cum scientia corrupta maneat animal incolume, apparet hanc corruptionem haudquaquam animalis esse, sed peculiarem propriamque scientiæ. At si perduto animali, intereat & scientia: cuiusnam hæc est corruptio? Nimirum animalis, per accidens autem simul & scientiæ. Tum enim per se perit scientia, cum ipsa corrupta permanet animal: ex accidenti uero, cum animali cointerit. Idem sentiendum de sanitate & morbo, aliisque, in subiecto residentibus. Hoc assumpto, infert: Quare de anima quoque ex hoc loco ratiocinari quis poterit. Si enim non est natura, id est, ut forma in corpore. Quasi dicat: si enim anima non sit forma corporis, quod in tractatione de anima asseruimus, sed postmodum infinuatur, ut aliqui dicunt, sensilis & rationalis (aiunt etenim nonnulli facultatem quæ corpora nutrit & auget, statim cum semine communicari: sensile autem, & ratione fungentem tum accedere in corpus, cum iam foetus foras in lucem exit) Si, inquam, igitur anima quæ sensu & ratione utitur, non fuerit forma, neque semini statim committatur, sed deinceps accesserit, ut scientia, quæ postea per disciplinam acquiritur, posset utique aliter etiam interire (interitum eius accipio, à corpore absentiam) præter illum modum quo corporis interitum sequitur. Quandoquidem ut scientiæ propria est corruptio, qua afficitur animali adhuc superstitie: & alia non propria, sed per euentum, qua pariter cum corpore disperit. Ita necessario etiam animæ darentur geminae corruptiones, si postmodum corpori iungatur. Quo concesso, peribit aliquando anima: nimirum à corpore seiuncta animato adhuc incolumi citra corruptionem. Nam ut cum scientia non unam extinguitur anima, sed illa extincta permanet & consistit anima: sic oporteret quoque post animæ interitum & abiunctionem, manere tamen ac extare corpus animatum. quod non fieri, manifestum est: quippe relinquitur prorsus inanimatum, ut apparet. Cum itaque, inquit, non uideatur talis esse anima, id est, quia non apparet non secum perdere corpus: non enim non corrumpit unam, sed potius unam corrumpit, aliter opus est societatem iniuerit cum corpore, uidelicet tanquam forma inseparabilis: non autem ut alii dicunt.

Fortassis alicui dubium exorietur, & non imo

Mich. Eph.

M

merito: Vtrū sit locus vspiā, vbi res aliqñ obnoxia corruptioni, eius exps durare possit. Vt ignis supremus, vbi non habetur cōtrarium. Nam quæ contrarijs insunt: ex accidente pereūt, eo quod illa pereant. Interimunt autē contraria se mutuo. Nulla vero in substantijs contraria per accidens intereunt, eo quod substātia de nullo subiecto prædicetur. Itaq; cui non est contrarium, & quo in loco nihil sibi aduersatur, fieri non poterit vt pereat. Quid enim ipsum corrūpet, cum omnis corruptio a contrarijs modo eueniat, contrarium uero nullū aut simpliciter, aut saltem eo in loco habeatur?

Aristotelis dubitatio de æthere, siue supero igne huiusmodi est. Nunquid ætherē suapte natura corruptelę non imūnē, aliquo in loco a corruptione vindicari contingat. Vt si quodcūq; perit, a suo contrario id patitur: concaua autē superficies sphaeræ lunaris non repugnat ætheri (cum nihil quinto corpori sit contrariū, ut in opere De cœlo demonstratum est) efficietur ut ea pars ætheris, quę Lunæ tangit orbem, corrūpi nesciat. Nam alteram eius partem, quæ aëri contigua est, corrūpi donabimus: siquidē ether siccus, aër humidus existit. Quod uero tenuissimū ætheris est, lunari circulo finitimum, quā ob causam periret? Talis quidem est dubitatio. Argumenta autē primum probabilia profert, ea parte non interire ætherē, qua Lunam tangit. Deinde uerum proponit, iniquiens corrumpi, licet sphaeram Lunarē non habeat ifestam. Primū igitur uerisimilia dicens, nō corrumpi etherē supremum: corrūpuntur enim inquit, quæ cōtrarijs insunt per accidens. Sed cū obscura sit dictio, nobis hoc modo explicāda fuerit. Aqua est quidē humida & frigida, est uero etiam dulcis. Similiter ignis siccus & calidus, & præterea candidus. Contraria autē sunt frigidū calido, & humidū sicco. His ita præsumptis, quæ insunt appellat dulce & candidum: contraria uero, frigidum & calidum, & humidū & siccū. Inest uero dulce quidem frigido & humido, albū autem sicco & calido. Quod si iam corrupto dulci frigidum & humidum maneat, ppria hæc corruptio, & per se ipsius dulcis fuerit. Sin humido & frigido corruptis, unā dulcedo interuentionem percipiat (quod fieri necessum est) per accidens dulcedo disperit. Intereunt igitur accidentis rōne dulce & candidum (hæc enim appellat, quę cōtrarijs inexistunt, id est, frigido & humido, & calido & sicco) eo quod contraria quibus inerāt corrumpantur, quod a seinuicem contraria patiuntur, ita ut quicquid ipsis inhæret, interitū ipsorū cōsequi omnino cogatur. Siquidem per accidēs

dicimus interire, quæ in aliquo subiecto sunt, cū simul cū suis subiectis pereūt. Aether uero, & reliqua elementa nulli alii acciderunt (nulla enim substantia in subiecto est) ideo per accidens haud queūt corrumpi. Hoc autem innuit Aristoteles his uerbis: Per accidens uero nulla in substantijs contraria corrumpūtur. Substantias uocans animalia, & omnia composita. in ipsis uero cōtraria, quatuor elementa. Quoniam igitur quicquid accidentis ratione perit, hoc in subiecto est: nullū uero è corporeis elementis in subiecto est: non poterit ullum elemētum accidentis ratione perire. Qd legitur: Eo quod de nullo subiecto prædicetur substantia: idem sibi uult: ac si dicas: nullam substantiam in subiecto esse. Postquā his argumentis probauit, minime fieri ut ex accidenti elemēta corruptione afficiantur, astruere quod reliquū est conatur, ne per se quidem supernum ignē interire, cum inquit: Itaq; cui nullum cōtrariū, & in quo loco nō est. Qd hoc sensu accipies: Quibus substantijs nihil est cōtrarii, corruptelæ immunes & sunt, & erunt perpetuo, ideo quod omne corrūpendum a contrario corrumpatur. Quibus autē contrarium quidem aliquid est, non tamē in loco illo ubi agunt, nimirū illic icorruptibiles erūt, Sed lunaris sphaera nō aduersat igni: icorruptilis igit erit quātacūq; in ipsa est ignis particula.

An hoc partim quidem uerum est, partim falsum? Quoniam fieri nō potest, ut quod materiam habet, non aliqua ex parte contrario tentetur.

Incipit ab hoc loco dubitationem soluere. Proinde ait, uerum quidē, quicquid corrumpitur a suo contrario pessundari. Nequit enī fieri, inquit, ut quod ex materia cōstat, non quodā modo impugnetur a contrario. Si nāq; suum esse materia inde habet, quod contrariorū capax sit, non fieri potest quin etiam ignis materia aliquo pacto calori & siccitati repugnet, easq; reiicere nitatur, ac assumere noua. Itaq; ignis etiā si supremus, interit bit tamē. Pugnat enim quodāmodo materia formæ, præsertim cum proxima cuiq; materia qualitatē aliquam sibi habeat. Etenim quæ omniū formarum negatione ac priuatione cōsideratur, ea quidē animo concipitur, non tamē existit, neq; ullam qualitatē continet: Quæ uero igni aut aq; subiicitur, qualitate non caret. aliqua enim prius imbuta, ita calorem & siccitatē suscipit. Id ipsum uero iam ignis est. Est quidē utraq; materia, qd ad potentiā, ignis: tum quæ sine ulla qualitate cōsideratur, licet talis non extans: tum quæ iam aliqualis est, ut ita loquar: sed illa eminus, hæc cominus. Etenim quæ admodum potentia doctum appellamus, & nuper natum infantem, & eum qui discēdo iam occupatur: quamuis ille plurimum absit,

absit, hic perparum. ita fit etiã de materia, tum illa omnino informi, tum illa quæ iam aliquid habet qualitatis, & à primo potentia gradu ad secundum usq; progressa est. Cum igitur ita se res habeat, perquam argute hæc uox (quodãmodo) oratiõni appositã est, cum scribit: Fieri enĩ nequit, ut quod materia constat, non quodãmodo à contrario impugnetur. Quia non absolute materia, quatenus est quod dicitur, ignis formæ pugnat, nempe caliditati siccitatiq;: sed quatenus aliarum formarum ei priuatio inest: & quatenus materia est potentia, forma uero actus: & qua idoneã habet naturam, ut hæc formam exuat, induatq; nouã: & qua nonnullã qualitã nacta, iam magis est potentia. Hæc enĩ materię qualitas dum certat formam in se conuertere, rursusq; forma in sese qualitatem illam, ignem hoc certamine restingui necesse fit, superata scilicet ignis forma ab eius materię qualitate, q̄ ex potẽtia quã habebat ad ignem, trãsiuit in potẽtiã ad aerem, aut aliud quippiã. Itaq; ignis quodãmodo contrarium in se continet, etiam in suprema regione.

*Siquidem per totum inesse calidum aut rectũ contingit. Totum uero calidum, aut rectũ, aut album esse nequaquã potest. Sic enim affectiones separate forent. Quod si, ubi simul sunt id quod agit et quod patitur, semper illud suam uim exercet, hoc afficitur, necessaria fit mutatio. Ad hæc si non fieri potest quin aliquod excrementum nascatur, id ipsum sane erit contrarium. Nam e' contrario fit omnis mutatio. Excrementum aut, siue superfluitas, prioris reliquię sunt.*

Cum dixerit ei quod materia constat non fieri posse, quin sit quodãmodo aliquid contrariũ, hic pergit cõfirmare propositũ, tanq; ita diceret: Si enim ignis careret materia, uerisimiliter affirmaretur in supremo loco non interiturũ, quod ibi scilicet nihil haberet aduersariũ. At quoniã & materiam habet, & quodãmodo contrarium, nõ consentaneũ est in summo corruptũ non iri. Hęc quidẽ sententia, quæ per obscura Aristotelis uerba innuitur, hoc modo: Caliditas enim & siccitas ubiq; hoc est per omnẽ naturam insunt materiæ, quę igni subiacer: sic insitæ, ut in materia formæ. Enim uero non in una parte materiæ adest caliditas, in altera abest, sed per omnẽ eius naturã unde quaq; diffunditur. Ita ut calor in aqua calida nõ partim quidẽ inest, partim uero non, sed tota in uniuersum calore participat. Est igitur ubiq; calidum, nõ tamẽ totum est caliditas: sed ex materia & calore mixtum. Sicut animal nõ est anima, sed compositum ex corpore ut materia, & ex animo

ut forma: eodem modo ignis non solũ est caliditas, sed compositũ ex materia, & calore siccitateq;. Similiter in toto ligno rectitudo existit, non tamẽ uniuersum quod ligno & recta linea cõstat, rectitudo est, sed ex ligno & rectitudine concinnatũ. Deinde postq; dixit Aristoteles, totũ uero esse calidum aut album non potest fieri: mox causam subiicit: Sic enĩ affectiones seorsum existerent. Hæc uerba huiusmodi sensum includũt. Nam si ignis nihil quã caliditas sit, absq; materia & subiecto: item lignum rectum nihil q; rectitudo: affectus ipsi per se ipsos sine subiecto extrahunt. quod rerum natura non permittit. Quãdoquidẽ affectio quæ uis aliquod subiectũ sibi substernit. Igitur nullo pacto fuerit ignis à materia, & subiecto, contrarioq; abiunctus. Contrariorũ autem alterũ agit, alterum patitur. Quare iunctis utrisq; cõtrariis, in supremo loco mutationẽ admitti planẽ necessarium est. Præterea cum ignis alatur & apud nos & supratubi autẽ alimentũ est, & id quod nutritur, fit excrementũ, quod contrarii rationẽ subit: & si nihil aliud, hoc saltem ei contrariũ supra fuerit. Quod si contrariũ adest, & pugna cõmittitur, & quod ad eam sequitur, interitus. Quod uero excrementũ sit cõtrarium, ut dixerat, his uerbis probat: A contrario enim perpetuo fit imutatio. Nam si primum alimentũ contrariũ est ei quod alitur, ut sæpe dictum est, excrementũ uero est pars, aut reliquię primi nutriti, proculdubio & ipsum erit corpori nutriendo cõtrariũ. Quod quidem excrementũ dum eius quod alitur, natura sibi conatur assimilare, nõ põt nõ fieri pugna, & p̄inde simul eius qd̄ superat interitus.

*Quid autem si ignis quicquid sibi actu aduersarium inest, id omne expulerit, an vel isto modo incorruptus erit, aut nõ? At corrumpetur à continente. Hæc igitur prædicta si iam satisfaciunt, esto. Sin minus, dare oportet quippiam actu contrarium inesse, gigni q; superfluũ aliqd. Quapropter modica flama deurit a magna ex euentu. alimentum enim quod illa uix longo tempore, sursum inq; hæc illico absumit. Quamobrem omnia perpetuo motu ferunt, et oriuntur, aut occidunt. Continens autem nunc iuuat, nũc officit. Hinc est quod quæ mutant locum, aliàs euadunt uiuaciora, aliàs citius pereũt, q̄ pro natura sua. Aeterna uero, quibus aliqua resistunt, nulla manent. Continuo enim materiam sequitur contrarium. Et si de ordine loci fuerit, secundum illũ mutatur: si quãtitatis, auget et decrescit: si q̄litate, alteratur.*

Actu contrarium uocat excrementũ. Quadra

M ii

ret autem hoc argumētum ad ignem nostrū, nō ad summum. Cæterum uidetur occurrere obiectioni, qua quis ita posset istare. Quæadmodum animantium corpora expulsuam habēt facultatē, cuius beneficio sicci & humidi alimēti superflua excernunt, necesse fuerit eadem p̄ditum eē ignē, qua quod est actu contrariū, uidelicet excrementum repellat. Pulsū uero & longe per uim eiectum, haud amplius infestauerit ignē. Huic obiectioni hisce uerbis se offert: Quod si excernendi uirtus, qua ignis utitur, uniuersum cōtrariū depulerit, erit tum forsan immortalis. Hoc positū statim diluit, inquiens: Aut nō, hoc est, aut ne tū quidem ignis fuerit immortalis. Corruptetur etenim à continente, siue aere. Nam de nostro & præsentī igne, ut diximus, hic sermo est Aristoteli: qd̄ et ipse intelligens subiicit: Hæc igitur si iā sufficiūt, supplendum esto, ut oratio sit integra: Quod si prædicta satis fuerint, esto. Hoc est, si quidē satis soluta sit disputatio, sufficit: si minus, repetenda est prior solutio, quæ fuit, aliquid actu contrariū inesse: denuo actu cōtrarium appellans excrementum. Quod autē scribit: Quapropter exigua flāma exurit à magna: his probat, ignem nutriri. Quod si nutritur, haud dubio excrementum gignit. Combūritur igitur minor à maiori flāma, p̄pter alimenti, id est sumi cōsumptionem, quod parua quidem flāma longiori tempore depascit, & exedit: maior autem citius breuiq; tempore insumit, ac exhaurit. Iam autem absumpto alimento à magno igne quo prius debuerat foueri, alio destitutus unde nutriat, deinceps restinguit. Hæc uerba: Quare motu perpetuo agunt omnia: ueluti causa scribuntur, ideo quod cuncta materiā, aut subiectum habeant. Aer autem cōtinens siquidem fuerit familiaris temperamēto corporis aīaliū, simul iuuat & promouet ad ætatis extētionem: si alienus, obsistit, & uitæ cursum contrahit. Ad hæc ait, ea quæ materiā, aut potius subiectum habent loci, ut cœlestia, & in circulum mobilia corpora, secūdum locum mutantur. Si uero quantitatis habuerint subiectum, augmētum & decrementum percipiunt. Si qualitatis, aut affectionis alicuius, alterantur.

Cæterum non ita usu uenit ut maxima quæq; magis durent. Nam equus homine breuiori uita fruitur. Sed neq; parua. insectorū enim plurima annum non excedunt. Neq; plantæ in uniuersum animalia superant: cum aliqua ex ipsis annuæ solum sint. Neq; sanguine p̄dita uiuaciora sunt simpliciter, apicula etenim quibusdam sanguineis amplius uiuit. Neq; rursus exanguia. siquidem q̄ molli crusta teguntur, annua sunt, et sanguine carent.

Neq; terrestria: nāq; sunt plantæ, sunt animalia pedestria, quæ ultra annum uitam non prorogāt. Neq; marina, quoniam in mari testaceorū genus, et mollium (μαλακία uocant) breui obcunt. Omnino tamen in plantarū genere uiuacissima quædā reperias, ut est palma. Deinde in sanguineis animalium potius q̄ exanguibus: tum in pedestribus q̄ aquatilibus. Proinde si iungantur ambo, inter sanguinea et pedestria, quæ longissime uiuunt, inuenientur animalia, ut homo et elephas. Quinetiā ut plurimū maiora plus ætatis implēt minoribus. Nam et alijs uiuacissimis magnitudo corporis cōtingit, similiter ut modo dictis. Porro istorū omnium causam hinc animaduertere licebit. Intelligendum enim et dandum est, animal esse calidum et humidū naturæ, et uitam similiter. Senium uero frigidum et siccum, item corpus defunctū. Sic enim apparet. Cæterum corporibus in rerum natura hæc est materies, calidum, frigidum, siccum, et humidum. Itaq; necessario senescētia arefcunt. Quare humorem esse oportet, qui non promptus sit exiccari. Huius enim gratia non putrescunt facile pingua. causa est, quod plurimū aeris continent. Aer uero alijs collatus r̄ndet igni, ignis putredini nunq̄ fit obnoxius. Sed neq; paucō humore opus est. etenim exiguū quoq; facile desiccatur. Ideoq; et animalia et plantæ, quibus est iuncta magnitudo, præcipue sunt longissimæ uitæ. Consentaneum enim rationi est, maiora humiditatē habere magis copiosam. Quamuis non in hoc solū longitudo uitæ spectetur, ad quātum quantitas, tum qualitas requiritur. Itaq; non modo copiam humoris abundare opus est, sed eiusdem quoq; calidi. Ut neq; cito congeletur, neq; resicctetur. Hanc ob cām homo quibusdā maioribus est uiuacior.

Deinceps uitæ breuis & longæ causas allaturus, quoniam ut plurimū magna minoribus diuurnitate præstant, ab illis exorditur: ostēdit neq; magnum, neq; paruum præcocius aut tardius intereundi absolutas esse causas, sed quidpiā aliud. Quare neq; maxima minoribus corruptelæ minus esse subiecta dicit. Nam equus homine, licet ipso maior, breuiore termino uita defungit. Sed neq; minora plus q̄ magna uitalia uidentur. Plæræq; enī insecta, quæ parua sunt, intra annū obeūt mortem. Nam quædam aliquandiu uiuunt, sed fortassis non integre. Non uero omnes plantæ uiuendo

uendo omnia animalia superant: siquidē aliqua stirpiū annuū habent finem, ut brassica, beta, ocymū, & alia multa. Neq; sanguinis imbuta humore ulterius q̄ exanguia superuiuunt. Vt apiscum sanguine careat, est tamē aliquibus sanguineis uiuacior. Etenim pulices intra annū finiunt uitam, etsi sanguinē contineant. Haudquāq; autē exanguia cuncta cætera sanguine irrigata diuturnitate antecellunt, quandoquidē mollia inter pisces sunt annua, & sanguine priuata. Porro neq; terrestria minus aquatilibus corruptionē patiuntur. Nam & ex plantis & ex pedestribus animalium aliquot annuæ sunt. At neq; omnia aquatilia, id est marina, omnibus quæ in terra degunt, a corruptione longius absunt: cum testacea simul & mollia angusto uiuendi termino includantur.

Post hæc subiungit: Omnino autē & præcipue plantarum numero prolixior uiuacitas ascribitur. Palma enim planta plurimū æui durat. Deinde sanguine potius impletis, q̄ eius expertibus: tum magis pedestribus q̄ aquatilibus ætas longior attribuitur. Quamobrē cum potius in sanguineis & pedestribus, quàm in exanguibus & aquatilibus, facilis inuentu sit uiuacitas: etiam utrisq; iunctis duo priora si cōuenierint multo magis, posteriora minus ad longā uitā sunt idonea. Hæc præfatus Aristoteles, causas, quarum gratia alia longum, alia breue spacium uitæ exigant, manifestissime reddit.

Porro deinceps humorem uult non facile gelari, nimirū beneficio caloris, quia calor non sinit gelascere: neq; leui de causa areferi, ad quā copia requiritur. Multitudo enī non cito exiccatur.

Nam etsi aliqua nō adeo multum humoris habeant, si modo qualitate præcellant amplius, et maiori proportione, q̄ deficient mēsurā, sanē uiuaciora sunt. calidum autē est aliquibus pingue: unde fit ut neq; exiccationi neq; frigori facile pateat. In alijs alio succo imbuitur. Præter alia quæ durabilius euasurum est, non excrementitiū esse cōuenit: hoc enim aut morbo aut natura perimit. Inimica nāque excrementi uis et perniciosa existit, aliā s̄ uniuersæ naturæ, aliā s̄ uni particulæ. Ideo libidinosa, et plena semine genitali breui consenscunt. semen enim ipsum haud aliud q̄ excrementum est, et amplius affluxu suo corpus resiccatur. Hac de causa mulus est longæuus plus equo et asino, ex quibus gignitur. Item fœminæ maribus annosiores euadunt, si mares fuerint salaces. passeres itaq; masculi minus q̄ fœmellæ uitales sunt. Præterea quæcūq; laboriosam agunt uitā in gene-

re marium, eadem citius senectate premuntur. Quoniam labor arefacit, et ipsa senectus est arida. Natura uero et in uniuersum mares q̄ fœminæ sunt magis uiuidi: cuius ratio est calor, quo masculū animal fœmineū excellit. Cæterum eadem in calidis plagis uiuidiora sunt, q̄ in frigidis, eadem ratione qua et maiora minoribus. Argumento fuerit ipsa magnitudo natura frigidorū animalium. Nam serpentes et lacertæ, et reliqua squamosi generis, magna fiūt locis calidis, et in rubro mari testacea. Humida enim caliditas et augmenti et uitæ causa est. Locis autē frigidis humor est dilutior in animalibus, eoq; nomine statim cōgelatur. Itaq; animalia quædā nullo aut pauco sanguine prædita, omnino nascuntur in locis ad septentrionē uergentibus, neq; pedestria in cōtinente, neq; in mari aquatilia. Quædā nascuntur quidem, sed minora, et uitæ fragilioris. Etenim gelu nō patitur augeri.

Qualitatem uocat ipsum calorē & pinguetudinem. Ita uero sentit. Quibus humidi copia deficit, abundat autem qualitas plusquā illa deficit, diutius in uita permanent illis, quibus humor quidem exuberat, qualitas autem deficit. Quod uero inquit. Si præcellant amplius, & maiori proportione: ita accipiendum est, ut si fuerit, exempli gratia, in equo humiditas triplo quàm hominis abundantior, caliditas autem in hoīe decupla ad equū maiori proportione hominis caliditas excedit equalitatem, quàm equi humiditas eam quæ homini inest. Maior enim est decupla proportio, quā tripla. Post hæc addit, in quibusdam calidum nihil aliud esse quā ipsum pingue: in quibusdā uero non pingue, sed aliquid ei proportione respondens, quod alium succum nominauit. Porro cū inquit. Hoc enim, aut morbo, aut natura interimit, excrementum intelligit. Excrementum igit, ait, morbo aut natura perimit. Natura quidē, quoniam excrementum toto corporis temperamento pugnat. Id enim naturā uocat. Cum itaq; inito certamine aduersus omnē naturam, atq; temperiem corporis uictoria potitum interemerit, tum dicimus interemisse naturā: quod idem est / ac si dicas, totam animalis temperaturam euertisse. Enī uero ubi excrementum unam tantum partem oppugnauerit, ut iecur, aut lienem, & cum ea parte totum pariter animal ad internecionem traxerit, tum dicimus peremisse morbo, hoc est, una parte affecta totum cum eo corpus interiisse.

Quod & ipse declaraturus, hæc uerba subiicit: Est autem excrementi facultas contraria exitiosaq; interdum naturæ, interdum parti. Super-

rius natura dixerat, hic naturæ: item supra morbo, nunc parti.

» Porro consentaneum est, etiam in quibus generitura multa fuerit, ea statim senio cōfici. Quippe semen cum sit alimenti in sanguinem conuersi excrementum, exeundo calorē unā educit: quo facto, necessarium est etiam humorem exiccari. Quapropter equo diuturnior est mulus: utpote qui non abundet semine. Item foemina minus quā mares uitam diutinam uiuunt. Quāuis in foeminis amplius sit humoris excrementosi, non est tamen calidus humor sicut maribus, sed aquosus, & natura frigidus. Itē laboriosa in genere mariū: nam tum libidine, tum labore senescunt. Diutius autem uita prorogatur eis quæ uersantur in calidis locis, non alia de causa quā & maioribus, quibus quoque plus insitum est caloris. Longius autem superesse, quæ in calidis regionū degunt, sequēti sermone probat. Maxime enim hoc euidens est ex animalium natura frigidorū magnitudine. Natura frigida uocat exanguia. Sēsus est: Exanguia quæ in frigidis exigua nascunt, in calidis locis magna generari. Nimirū eo quod calor augmēti causa sit: & si augmēti, ēt lōguitatis.

» Quod si non fruuntur alimentis siue stirpes siue animalia, intereunt. Consumit enī corpus seipsum. Et sicuti magna flamma parua exurit et restringit, cōsumpto eius nutrimento: sic natiuus calor, qui præcipua cōctiois uim habet, materiā in qua continetur, absomit. Cæterū aquatilia minus longæua quā pedestria sunt. Non ideo quod simpliciter humida sint, sed quod aquosa. Talis autē humiditas leuem ob causam corrūpitur, utpote frigidus, et aptus gelari. Est et exanguis propter hoc ipsum uitæ instabilis, nisi magnitudine defendatur. Etenim nihil pingue, nihil quæ dulce continet. Siquidem animatis pinguetudo dulcis habetur. Hinc est quod apes minus caducā ætatem agunt quibusdā maioribus. In plantis præcipua uiget longæuitas, magis quā inter animantes. Primum quia minus sunt aquosæ, eaque gratia non facile congelascunt. Deinde habent aliquid pinguiusculū atque uiscosum: Et quamuis sicca sint ac terrestres, tamen humore ad exiccationē non p̄clui fruuntur.

Depromit hic causam, ob quā animalia & stirpes nisi nutrimento utantur, pereunt. Tabefacit enim, inquit, quod non nutritur, ipsum sese. Nā innatus calor absentia nutrimenti uehementior factus consumit carnem, & materiā, cui inest, quibus absumptis, tam animalia quā plantæ intereunt.

Quod dicit: Aquatilia minus longæua sunt, quā pedestria: idem significat quod, breuioris uitæ sunt. Apes autem diuturniores in uita manēt quibusdam maioribus, quia dulcedinem habēt. Tale. n. ipsarū est alimētū, & dulcedo calida est. Quod autē uiscositas, & humidū, & calidum cōtineat, neque sinat transpirare, dictum est frequenter.

Quamobrem uero diuturna sit arborū natura, causam afferre oportet, quæ non cōmunis est animalibus, præterquā insectis. Luuescunt enim, semper stirpes, quo nomine diu durant. cum subinde alij rami subnascantur, alij senescāt: eodem modo radices. non tamen eodem tēpore, sed aliquando solum truncus et rami pereunt, alijs inde adnascantibus. Itē radices quādiu idoneæ fuerint, ex reliquis nouas producant. Itaque nunquam cessat altera pars nasci, altera perire: atque ideo longæue sunt stirpes.

Hæc dictio, Non cōmunis est animalibus, præterquā insectis: significat causam eē diuersam in animalibus, si excipias insecta, quibus communis est. differt autem, quod ad reliquas animantium. Quid uero cū illis cōmune, ab his diuersum stirpes habeant, iam declarat, principio differentiam ostendēs. Non enim propter calorem, inquit, proprie longitudinem uitæ sortiūtur, ut animalia, sed quæ subinde se renouāt. Semper enim alij rami, id est, noua germina procreantur, alij marcescunt. Verbi grā, huiusce nucis hic, alij rami aruerūt, alij uirēt uigentque. Itidem radices aliæ uigorosæ, aliæ sunt aridæ. Verū non simul omnes, aut consenescunt, aut florent, ut neque frondes: Sed interdum truncus siue stipes, & rami corrūpūtur: radicibus uero relictis integris, paulopost alius truncus pariter cū ramis ex ipsis enatus est. Cum enim ita se habuerint radices, id est, in uigore fuerint, non senio confectæ, aliæ ab existēte oriūtur. Appellat autem existēs, numerū radicum uigētium. Hoc mō semper unius generatio, & alterius corruptio p̄seuerat. Postquā igitur hoc corrupto aliud gignit, ex quo rursus aliud, uerisimiliter aut potius necessario diutissime arborum natura persistit.

Sunt aut plantæ similes insectis, ut ante diximus. Viuunt enim etiā diuise, ita ut binæ uel plures ex una fiant. Insecta uero etiā ipsa adhuc uiuunt, sed non diu, cum instrumēta non habeant: neque principium unicuique parti insitū id efficere quāt. Enim uero in planta id potest: ubique etenim radicē et caulem potētia possidet, a qua subinde aliquid procedit, et recēs et senectum: quæ inter se per-

In Græcō  
existente.

parum distant uitæ longitudine. Quæadmodum in eis, quæ surculo auulso plantantur. Næ in auulsiōne eadem fere cōtingunt, cum id quod auellitur, alterius pars sit. Sed per auulsiōnē idem partibus separatis contingit, quod alioqui cōtinuitate iunctis. Causa uero est, quoniam ubiq; principium insitum est potentia.

Hoc loco insectis & plantis quid cōmune sit, enarrat. Cōueniunt autem plantæ cū insectis, qd̄ & hæc, & illæ post dissectiōnē superuiuant. Et. n. insectorum quoq; ut expositū est in libro De aīa lium incessu, si in duas partes scindantur, utraq; diu superuiuit: non tamen semper, neq; æqualē temporis cōtinuitatem, aut longitudinē utraq; durat, eo quod altera pars instrumētum, siue os nō habeat, quod altera habet, cuius beneficio alatur. Nāq; anima, siue principiu, ut Aristoteles loquitur, quod singulis corporibus inest, non pōt os efficere. In plantis uero satis potens est, in quibus unusquisq; ramus potentia, tum radicem cōtinet, tum caulem, id est, trūcum. Ideo ab hac potentia recens simul & senectum prodit.

Porro quæ à radicibus unius & eiusdem arboris proueniunt, nihil ab illis differunt, quæ per auulsum surculum plantantur, quod longæuitatem attinet. Sed hoc uno, quod auulsa quæ inseruntur loco distant, illa uero non ita. Nam hæc uerba, Partibus cōtinuitate iunctis: idem sonāt quod, non diuulsis, sed unā positis. Causam uero, quod auulsa uiuāt, hanc reddit, quoniā ubiq; insit principium quod radices efficere ualeat.

Cæterum est ubi conueniant stirpes & animalia. Nam in animantibus mares ut plurimū præ fœminis sunt uiuaces, & superiora mēbra maiora habent, inferiora autē magis q̄ fœmellæ exilia, & nana. Petit uero calor superiora, frigus in ima

subsedit. Sic & in stirpiū genere quibus grādius est caput, diutius perdurant: cuiusmodi sunt, non annua, sed ex arborum numero. Siquidē pars summa plātæ, & caput, radix est. enim uero annua uersus inferiores partes & fructus incrementū capiunt. Sed de his quidē ex professo in opere De plantis differetur. Hic uero sup̄ aliis animalibus allatæ sunt causæ, quantū ad ipsorum lōgitudinē & breuitatem uitæ spectabat. Post hac reliquum est, ut de iuuenta & senectute, uita & morte dispiciamus, quibus explicatis, uniuersæ, animalium naturæ satisfactum uideri poterit.

Postquā inter animalia & plantas discrimē exposuit, deinde consensum & differentiam stirpiū insectorūq; nunc inter plantas & animalia quid cōmune sit enarrat. Conueniūt igitur, ait, stirpes ac animantes in hoc, quod sicut fœminas prolixitate uitæ uincunt mares, quia summas partes habent auctiores: ita etiam plantæ, quibus grandia sunt capita, id est, truncus & radices, aliis non rari libus in uita longius persistunt. Caput autem præ graue est arboribus. Quandoquidem radices & caudex in ipsis existimantur summa, proportiōe capitū: rami uero ima, quod in confesso est. Igitur & mares, & plantæ maioris capitū, cum sup̄nas partes habeant magnas, aliis exiliores habētibus, extensius æuum agūt. Est uero calor in summis, frigus in imis. Item caliditas efficiens est causa tā longæuitatis, quā augmētū. Arborum itaq; genus increscit uersus summitatem, annua autē ad ima, uidelicet ramus, in quibus fructus perficit. Deinde concludens inquit, post hanc tractationem, illam quæ de uita & morte, & senectate, & iuuentute agit, consequi.

¶ Finis Aristotelici Libelli de longitudine & breuitate uitæ cum Scholiis michaelis ephesii.



# DOCTISSIMO IUVENI MELCHIORI VVIRZIO MATHEMATICAS

DISCIPLINAS IN SCHOLA TIGVRINA PROFITENTI,

CONRADVS GESNERVS MEDICVS S. D. P.



**N**ON vereor charissime Melchior, exigua dona maximis amicorū offerre: quo enim quisq; magis amat, hoc æquiore animo quoduis munusculum vel minimū accipit. Ego certe illiberales estimo nō istos mō, qui nihil cuiquā donant: sed etiam illos, qui parua dona cum ab alijs, tum ab amicis profecta contemptui habent. Quin potius vt inimicorum quantūuis magna munera semper sunt infausta, iuxta Senariolū: ἐχθρῶν δὲ ἀδωρὰ δῶρα, καὶ οὐκ ὀνήσιμα. Ita amicorum licet minima, semper grata et fœlicia existimari debent. Ratio est, quoniā vtrobique, non tam id quod donatur, quā donātis animus inspicitur. vnde illud, ξενίων δὲ τε θυμὸς ἀριστός. Cum itaq; semper a puero cōmuni patria, præceptoribus, ætate, studijsq; fuerimus quā coniunctissimi, vt apud alios etiam amicitia nostra nō ignota esset, ascribere tibi uolui Aristotelis opusculū De diuinatione, cum Michaelis Ephesii scholys a me redditum Latine, his diebus, dum seria studia sub canis æstu reliqui.

Non autem dubito, quin multos offendat etiam titulus hic De diuinatione ex somnijs, eo quod in ueteri testamēto somniorū obseruationes prohibere uidētur. Vnde non imerito statim initio protestor, haud ullam mihi superstitionē placere. Sed tamē Christiano prodesse credo multas ob causas, si scripta Philosophorum cum iudicio legat, et superstitionē ab ordine naturæ, cuius ipse Deus autor est, probe discernat. Plura somnia esse uana, et eorū anxiam obseruationē quis neget impiā? Verum quæ causam habent in natura, nequaquā ideo temere contēnenda sunt. Exempli gratia: Medico non solum ex alijs, sed etiā ex somnij genere constitutionē corporis iudicare licet. Quia naturale tēperamentū sequitur, ut somnient ignē biliosi, pituitosi aquā, et alii, pro suo quisq; statu in ualetudie, humorūq; modo et mensura, nocturnas imaginationes experiantur. Porro breuitatis causa nūc omitto uarias somniorum species, quæ a D. Gregorio, et Augustino numerātur, unicam regulā de ijs subiiciens, quod ex quibusdam somnijs coniecturæ colligi possunt de rebus quoq; futuris, sed ambiguae et incertæ. Cicero quidē priusquā de facie cognouisset Octauiu, postea nominatū Augustū, somniauit eum Reip. Principem fore, quæadmodum a Plutarcho in uita Ciceronis indicatur. Sed deceptus est Amilcar, somnians se cœnare intra Syracusas. existimans enī uictoriā significari, ac ideo urbem postridie oppugnans, captiuus ibi cœnauit. Cum ergo similia multa reperiantur in historijs, nequaquā constantē adhibebimus fidem interpretationibus, nisi diuinorum somniorum, qualia fuerunt ipsius Ioseph, Pharaonis, et aliorum quorūdam. Nihilominus autē quid de hac et alijs rebus philosophia, hoc est humana ratio sentiat, inquiramus, utpote quatenus erret, aut non erret, ex sacris literis facile iudicaturi. Non improbabis igitur meū consiliū in his cōmentarijs Michaelis Ephesii conuertendis in Latinam linguam, neq; ingrato suscipies animo laborem hunc veteris amicitiae causa, quæ nobis intercedit, nomini tuo nuncupatum. Vale, Tiguri, Anno Salutis 1541. Mense Augusto.



# LIBER ARISTOTELIS DE DIVINATIONE PER SOMNUM, CVM

SCHOLIIS MICHAELIS EPHESII,

CONRADO GESNERO TIGVRINO MEDICO INTERPRETE.



**D**IVINATIONEM in somno, quam ferunt ab insomnijs puenire, neq; contempserit aliquis facile, neq; per o suasus approbauerit. Nam quod omnes aut plerique significati-  
nem aliquam somnijs attribuunt, rei experientia astipulatur. Et sane quaedam in somnijs praevideri, credi par est, et rationi consentaneum. Ideo de ceteris quoq; fors an aliquis idem iudicabit. Sed cum nulla satis idonea causa appareat, ob qua id fiat, rei fides abrogatur. Deum enim in soniorum autorem facere, praeter alia hoc etiam absurditatis affert, quod non optimis et sapientissimis, sed quibuslibet, etiam abiectissimis hominibus somnia eueniant. Demptra uero hac causa, quae numini ascribitur, nulla sane alia satisfacere uidet. Quod enim aliqui somniantes praevident de remotissimis quibusdam, ut iuxta columnas Herculis, aut in Borysthene uersantibus, eius causam et originem inuenire maius est quam pro humano ingenio. Necessarium igitur est, somnia esse causas euentuum, aut signa, aut fortuita: siue simul omnia, siue duo ex ipsis, siue duntaxat unum. Causa mihi nominatur, ut luna defectus solis, et lassitudo febris. Signum autem deliquij est, cum luna subire incipit: sic aspretudo linguae febris est signum. Fortuitum est, ut si ambulante quopiam deficiat sol. Ambulatio enim neq; signum huius deliquij, neq; causa est, ut neq; deliquium inambulationis. Ideo quaecumq; fortuita sunt, neq; semper, neq; ut plurimum usu ueniunt.



**A**RISTOTELES libro De insomnijs statim hunc subiecit de Diuinatione, quae in somnijs occurrit. Diuinatione autem dicitur, quod tamquam diuinitus facienda agendaue praesagiamus ex insomnijs, ac praesciamus. Hinc enim prauidemus hoc aut illud nobis euenturum. Equidem hanc diuinationem neq; contemptui habere facile fuerit, ut quae nulla futurorum signa aut praesagia contineat. Probat etenim nobis singulorum experientia, significati-  
nes aliquas inde oriri. At neq; omnium futurorum insomnia causas esse credendum est. Quinimo quaedam ex ipsis causae sunt, alia signa, nonnulla fortuita. Quaedam uero istiusmodi sint progressus, ipse aperiet. Post haec uerba quaedam insomnijs prauideri, credi par est: mox subdidit: ideo de ceteris quoq; fors an aliquis idem iudicabit. De ceteris, inquit, de omnibus. Quasi ita protulisset: Quoniam aliqua insomniorum signa sunt euentuum, crediderit aliquis omnia simpliciter huiusmodi esse, & nullum non somnium quippiam significare.

Ceterum aliqua esse significatiua, manifestum quidem est: cum uero nulla idonea causa dari possit unde ita contingat, praeterquam Deum eorum esse autorem, dubitare & diffidere nos efficit. Nam rationi non consentaneum est, Deum ad huiusmodi negocia reducere ac detrahere, qui seipsum solum intuetur, qui illud est quod semper intelligit, & semper intelligitur. Ablato autem Deo, nullam aliam probabilem inueniri causam, satis constat.

Quod enim praevideamus aliquando euentura illis qui in Herculeis columnis, aut in Borysthene habitant, eius assequi causam plusquam humanum est. Ceterum planetam subeuntem signum esse defectus, & causam postquam omnino subiuit, non dubium est uel ex loquendi consuetudine.

Sunt ergo insomniorum alia causae, alia uero signa, ut affectuum in corpore nascentium. Itaque medicorum etiam qui elegantes ac periti sunt, diligenter aestimanda somnia asserunt. Et sane per-

Mich. Eph.

N

pendenda sunt tum artificibus, tum eis qui speculantur, et philosophantur aliqua de re. Nam quæ interdum motiones accidunt, nisi admodum magnæ fuerint et ualidæ, latere solent præ motibus alijs qui maiores uigilando contingunt. Contra fit in dormientibus: quibus etiam exigui motus uidentur magni: ut manifestum est multis dormientium experimentis. Nam si uel parui sonitus aures inuasent, fulmina sibi et tonitrua imaginantur. Et si momentum pituitæ distillauerit, melle se frui alioque dulci sapore opinantur. Item per ignes incedere, supraque modum calefcere, ubi modico calore aliqua partes efficiuntur.

Orationis ordo ita procedit. Insomniorum aliquæ causæ sunt, aliqua signa. Causæ quidem, quæ apparitione sua animum excitant ad actionem quæpiam, ex reminiscencia alicuius quod præcessit. Quod quale sit, paulo post dicemus. Signa uero sunt, quæ corporis aut animi affectus ob oculos ponunt. Deinde post hæc uerba: Decet autem ita æstimare tum artifices, tum qui meditantur quippiam, et philosophantur. Sensus est: Non modo ad medicos spectat somnia sedulo considerare, sed etiam ad nos artifices, et super aliqua re philosophantes. Sed quomodo noctu fiunt aliqua motiones, ut pituitæ destillatio, et cætera quæ signa dicimus eorum quæ nobis euentura sunt: interdum autem non fiunt? An uero, inquit, interdum quoque fieri? Nam quæ in die motiones accidunt, nisi permagnæ ualidæque sint, delitescunt. Ait igitur, ipsas etiam per diem cieri, sed cum non sint magnæ, nos latent. Repellunt enim à diurnis motionibus, quæ uehementius instrumenta sensuum per sua obiecta feriunt. Si enim non extiterint, inquit, admodum magnæ et fortes, sed paruæ, nos latent. Magnæ quidem delitescere nequeunt, exiles autem facile latitant. Nam cum organorum, quæ sensum continent, motus citantur magni, tum impediunt minores, adeo ut sensum sui imprimere non ualeant. Inter dormiendum uero quoniam ociosa sunt instrumenta sensuum, etiam exigua pro magnis habentur, idque per inductionem probat. Tenui enim sono dormientium aures occupante, tonitrua uidentur. Quod non fieret, nisi motiones exiles somno pressis ingentes apparerent, cuius causa ex eo pendet. quod organa sensoria tum feriantur.

Experrecti autem, res ut se habent, manifesto percipimus.

Hoc est: Excitatis autem clarum fit, omnes istiusmodi motiones paruas extitisse. Adhuc enim exper

recti sensum retinemus & soni quæ aures subierat, quod paruus sit, licet in somnis magnus uideretur: & aliorum omnium, quæ ipse manifesto enumerat. Postquam autem confirmauit, uel paruos motus in somnis deprehendi, eosdem futurorum euentuum signa esse dicit. Nam quod uidemur gustare mel dormientes, futuri morbi signum est ex pituita initium habituri.

Etenim cum principia rerum omnium (ut crebro explicatum est) sint magnitudine quidem modica: qualitate uero potentiaque magnæ: etiam morborum initia erunt parua. At parua quoque manifestari dormientibus ostensum est.

Manifesta igitur morborum principia in somnis fiunt. Quod si ita res habet, proculdubio quedam in somnis uisa signa sunt affectuum, qui circa corpus oborientur. Equidem ego cum locum quendam cœnosum & foetidum transire me somniassem, paulo post in morbum incidi. Crassi namque, et tenaces, & morbidi humores, qui ægritudinis causam fuere, dormienti mihi percipiebantur. Ita meus per lutosum locum transitus, morbi mihi signum erat. Quapropter animaduertere homini oportet.

Cum itaque rerum omnium principia sint exigua, nimirum et morborum, et si qui alij in corporibus oriuntur affectus. Patet igitur, eiusmodi in somnis manifestiora quam in uigiliis futura.

Quonia quidem, inquit, omnium initia sunt modica, uidelicet & morborum, & aliorum qui in corporibus nascituri sunt affectuum exigua fuerint. Hoc enim ultimum orationi deest. Quod si ita est, liquet ipsa in somno fore manifesta. Nam, ut diximus, parua quoque tum percipiscimus. Quare nihil mirum, si exiles in somnis motus, causæ nobis fiant futurorum.

Quinetiam nonnulla in somnis uisa causas esse suarum cuique actionum non, ratione caret. Ut enim facturi aliquid, aut iam agentes, aut absoluto iam negotio, id ipsum plane somniantes uidemus et agimus, inque eo uersamur non secus quam in uigilantes (In causa est, motus à diurnis principiis et occasionibus preparatus) Ita uicissim necesse est, in somno quoque natas motiones sepe principium esse diurnarum actionum quarum, meditatio in dormientibus preparatur, et quasi uia ad ipsas sternitur nocturnis imaginationibus. Hoc igitur pacto fieri potest, ut insomniorum aliqua et signa et causæ sint.

Postquam insomniorum ea, quæ aliquid ut signa portendunt, Aristoteles explanauit, deinceps quæ

Quæstio

Hæc pœnetat  
sequentia uerba  
Aristotelis.

Maiores

Minora

Conclusio

Exemplum

Malim  
de causis  
iam dicit.

quæ causarum rationem habent proponit. Itaque scribit: Quemadmodum aliquid acturi, aut iam agentes, illud ipsum ad eundem modum somniano tractamus, atque idem omnino, non quippiam aliud, per somnia contuemur, & gerimus. Causa uero est quæ obrem ea somniamus quæ uigilante agimus, quia noster animus diurnis actionibus imbuatur ac præparatur. Velut enim disposita corpora ad morbos, facile eis implicantur: ita cogitatio iam ante instructa & commota ab iis quæ in corde nascuntur motiones, in somno deinde prorsus in eisdem uersatur. Sicut igitur in hisce contingit, sic & uice uersa frequenter animi motus aliqui in somnis accidunt, qui omnino principium diurnarum actionum sunt. Quæ etenim in somno uisa animum ad actiones promouent ex reminiscencia alicuius quod præcessit, hæc causas appellamus. Nam uti uigiles sæpe cogitamus aliquid quod nobis causam & occasionem præbet, ut liceat facere, agere, aut inuenire quippiam aliud, ita etiam sopita & quiescens cogitatio ex uestigiis in corde relictis nouam meditationem ingreditur. Tum uisum actionis causam esse loquimur. Quod autem ex aliis in alias cogitationes promoueamur, indubitatum est. Ego sæpe lyram intuitus, Socratem animo reputaui: aut Socrate inspecto, triangulum. \* Atqui differunt inter se causa, & eius effectum. Lassitudo enim quæ causa est febris, haud idem cum febre existit. Ego uero non raro cum rosas albas somniassem, postridie dono ab aliquibus accepi. Hic rosas causam & principium rosarum fuisse dicimus. Proinde ut actio diurna nocturni somnii ac imaginationis est causa, ita nihil prohibet aliquas etiam imaginationes diurnarum actionum esse causas. Porro hæc conuenit dici de nostris actionibus non diu post, sed statim peragendis. Hactenus igitur de insomniis, quæ causæ & signi rationem subeunt.

Multa uero fortuita sunt, in primis ardua & aliena, & quorum principium non penes nos est: sed de nauali pugna aut rebus longe disitis apparent. Nam in istis haud aliter contingit, quam si quis animo uoluit, aut cuius mentionem facit, id ipsum eueniat. Quid enim prohibet quo minus idem in somno accidat? imo tum potius quam alias, eius modi multa usu uenire credibile est. Verum ut mentio alicuius facta, non uel signum uel causa ipsius aduentus est: ita neque in somnis signum aut causa rei euentus insomnium est, sed fortuitum quippiam. Hinc fit quod multa somnia non eueniant. Fortuita etenim neque semper neque magna ex parte contingunt. In summa, cum & bruta animalia somniant

aliqua, non uerisimile est somnia diuinitus immitti, aut quod appareant in causa deum esse. Dæmonia tamen dici possunt. Natura enim dæmonia, non diuina est. Argumento fuerit, quod homines abiecerit & admodum uiles futura præfagiant, & ipsos euentus somniant, ceu deo non delegante. Sed quorum natura loquax est (ut ita dicam) & attribularia, diuersimoda uisa percipiunt, itaque cum multis & uariis modis agitentur, uerum aliquando euentum assequuntur: ut qui certatim proiecta aliqua abripiunt (& ut puerbio iactatur) si sæpe iacias, aliud alias ieceris. Eodem pacto illis somniantibus accidit. Porro quod multa insomnia euentus non consequatur, absurdi nihil est. Nam neque signa in corporibus oborta, neque cælestia omnia finis, quæ portendebant, insequitur: ut quæ pluuiarum & uentorum prognostica sunt. Impeditur enim signi euentus, si qua motio incidat efficacior, quam prior, quæ signum effecerat. Multa etiam prudenter consultata ut fierent, post dissoluta sunt ob alia principia, siue causas uehementiores. Etenim in uniuersum non fit omne quod futurum erat: neque idem est quod fore & quod futurum dicimus. Nihilosecius tamē initia esse dicendum est, quamuis nulla consequuta sit finis: & signa interdum rerum non euenientium.

ὑπερβαρὰ (transulimus ardua & aliena) ea nominauit ab aliis agēda, & simpliciter ea quorum initium non nostræ potestatis est, neque in nobis situm. Quomodo enim penes me esset principium belli in Perside futuri, aut naualis pugnae? Nihilominus tamen contingit aut sincere ac aperte somniamus id quod euenturum est, ut bellum Persicum: aut per ænigmata, cum aliud per aliud innuitur. exempli gratia: Somniauit sodalis meus à muliere quadam missos sibi melopepones tenues ac oblongos, scorpionum instar caudatos. Post dies paucos iniuriam ab illa muliere passus est. Hic aliud sunt melopepones: aliud euentus somnii, iniuria. Explicat autem ipse Aristoteles, quomodo sint fortuita somnia, huiusmodi exemplo. Quemadmodum sæpe usu uenit, cum de Socrate cogito, ut ipse adueniat: itē cum in somnis naualem pugnam uidi, ut ea contingat. & sicut mea de Socrate cogitatio, quod ipse accesserit, non in causa est, sed forte fortuna cogitante me aduenit: ita neque insomnium causa pugnae naualis est, sed obiter & tortuito concurrat. Inde fit, quod cum multa somniorum fortuita sint & temeraria, finem euentus non adipi-

Mich. Eph. N ii

Τοῦ δὲ τοῦ αὐτοῦ  
τοῦ τοῦ ἑσπέρου  
μένον καὶ τὸ  
μῆλλον.

”  
”

scantur. Porro multas animatum insomnia percipere, constat. Siquidem canes dormiendo imurmurant. Visa igitur in somnis non celitus delegate Deo mittuntur, neque diuina, sed demonia sunt. Natura namque nostra cum demonia sit, ut dictum est, futura praeuidet. Caeterum, ait, quibus natura quodam modo loquax & melancholica est, diuersi moda uisa percipiunt. Vt enim locutus cii, & blaterones multa loquuntur: ita etiam atribularii ob multas motiones uaria uident. Melancholia quippe motus est multi & uehementis spiritus. Itaque saepius aliter atque aliter commoti, praeter caeteris scopum crebrius attingunt. Quonia sicuti certatim proiecta diripientes, non unum solum rapiunt (siue corolla, siue quid aliud in medium sit eiectum) sed multa, utpote pluribus proiectis: ad eundem modum & melancholici, quia multis cientes motibus (perpetuo enim motu spiritus & sanguis in ipsorum corde feruntur) multa consequuntur. Et quod per uerbale est, Si saepe iacias, aliud alias ieceris: itidem in ipsis contingit. Nam si quis tantum unam sagittam eiaculetur, aut prorsus non, aut semel duntaxat scopum continget: at qui multas emittit, eum necesse est alias aliam tabulam, in quam iaculatur, partem uulnerare. Quoadmodum igitur res in istis se habet, ita etiam in illis qui multas uisiones experiunt, quos & ipsos multa consequi necesse est. Haecenus quod ad sensum. Porro haec uerba: \* Similiter, ut isti, uisa consequentes: aut abundant, aut hunc sensum habent. Visa quae in somnis apparentia euentum consequuntur, similia sunt illis quae a contendentibus rapiunt: Caeterum non cuncta somnia eueniunt. Nam neque omnium signorum, quae in corporibus nostris se produnt, futuri sequuntur euentus. Verbi gratia: Somniauit quidam se locum foetidum & morbosum iter facere. Aegritudinis hoc futurae signum erat: non tamen aegrotauit, quod alia motio priori fortior ingruisset. Excitata enim natura humores concoxit, quorum culpa aegrotaturus fuerat: itaque periculum euasit. Item neque pluuiarum omnia signa consequuntur. Est etenim signum pluuiae, quae sub luna consistit corona, attamen saepe uisit, neque pluit propter subitam siccae exhalationis exuberantiam. Item flatuum signum est, si Luna non integra apparuerit, sed dimidiata, quod in sublimium consideratione explanatum est. Itaque si fiat alia commotio uehementior, quam prima, a qua orta fuerat corona (erat autem corona pluuiae signum) nulla comitabitur pluuia. Vbi in Graeco legitur, ἀφ' ἧς μελλούσης ἐγείνεται, etc. Hic dictio μελλούσης abundat. Porro quae multa prudenti consilio conclusa ad finem & actionem non perducantur, siue ob consultantium mortem, siue aliis de causis, nemo est qui nesciat. His uerbis: Etenim in uniuersum non fit omne quod fu-

turum erat: hic sensus inest. Non quicquam futurum erat ut fieret aliquando, id omnino & simpliciter fieri necessarium est. Pro Graeco uocabulo ἐσομένον, reddidimus, quod fore dicitur, cuius necessarius euentus expectatur. μέλλον autem, id est futurum, contingit fieri aut non fieri, ut in opere De generatione & corruptione dictum est.

*Porro de illis insomnijs quae causas et principia, ita ut diximus non habent: sed excessus aut tempore, aut loco, aut magnitudine.*

Temporis excessus uocat, quae post longum tempus eueniunt. Quae autem scribit, aut loco, aut magnitudine, eundem utrumque sensum habet. Graeci ἐκ παραλλήλου posita dicunt. Caeterum hanc sententiam Aristotelis uerba includunt, ac si ita sonaret. Porro de illis insomnijs quae principia, id est, causas a nobis ipsis agendorum non continent (insomnijs enim quod mihi quidem uisum, belli autem in Perside futuri causa est, non principium habet, neque causa est negotii a me peragendi. non enim bellum illud mihi debellandum est) de hisce inquam hoc loco non dicendum est nobis. Manifestarium enim est, omne huiusmodi somniorum non proprie causarum nomine comprehendere, quae nos iam abusiue ipsis id nominis attribuerimus. Quin potius fortuita sunt, atque obiter temereque nata.

*Aut horum quidem nihil habent, non tamen principia agendorum penes illos sunt qui uiderunt in somnium: de illis inquam nisi fortuita esse concedantur, ita sentiendum potius fuerit ut iam dicetur, quam cum Democrito, qui simulachris quibusdam et defluxionibus causas eorum attribuebat. Quoadmodum igitur cum quis mouit aquae aut aeris partem, eadem mouet aliam, qua cessante contingit aliquousque motum procedere, absente eo quod primum incitauerat: Ita nihil impedit, motum quendam et sensum peruenire ad animos somniantes ab illis a quibus Democritus imagines atque defluxiones abire assererat: et quocumque ille motus et sensus appulerint, exquisitius noctu percipi. interdum enim circumlati dissoluuntur: nocturnus autem aer minus perturbatur, et tranquillior est: et oboritur corpori sensus somni gratia. Siquidem dormientes etiam exiguas intus motiones magis persentiscunt, quam uigilantes. Caeterum isti motus phantasmata et uisiones dormientibus pariunt, ex quibus futura de rebus praecident. Hinc est nimirum quod hominum quibuslibet, non sapientissimis, huiusmodi somnia*

Scholias videretur haec uerba legisse statim post se narium illi: si saepe iacias etc. In istis uo exemplaribus non legitur.

*somnia cōtingant. Quod si Deus ipsorū autor esset, etiā inter diu, atq; sapientibus ea mitteret.*

Sententia est huiusmodi. Iam diximus hoc loco, nō tractaturos nos de insomniis quæ agendū aliquid à longe distitis hominibus significant, illa uero quæ principium & causam cōtinent, non à nobis quidem agendorum, sed à quopiā uicino non multum à nobis remoto, sed propinquo. Illa in quā somnia quæ principium habent negotii à uicino peragendi (quæ enim uicinus acturus est, eorū in ipso principia actionis sunt, haud in me) nisi pro fortuitis recenseant, aliam potius rationē habebant, quā pro Democriti sentētia. Sentiebat enim ille, simulachra quædā ad homines accedere, quædam benigna, quædam malefica: ideoq; precabatur beneficas sibi imagines obtingere: esse autem illa magnitudinis mōstrosæ, & disperire quidem, sed perq; ægre: hominibusq; futura prænunciare spectari se exhibentia, ædentiaq; uoces, quas in somnis percipiamus. Aristoteles uero uult nō in simulachra reici causam (sæpe etenim demonstratū est ut falsum) sed in motiones quasdam quæ aerem certa figura afficiant, ita ut cū ipso per aures narestie sopitorū ad cor illabant, unde futuri præuidēdi necessitas sit. Quomodo autē moueatur, & figuretur aer, explanatū est ab Alexandro in libro De dæmonibus. Habent uero tum dicenda tum faciēda aliquod futuri euetus principiū. Cæterum exiles quoq; motus dormiēti magnos apparere dictum est antea. hic etiā citra obscuritatem omnia describunt. Cum igitur motus temere agantur, & quibuslibet ingruant, etiā abiectos & indignos futurorū uisionibus potiri usu uenit. Quod si Deus autor ipsarū esset, debent quoq; diu & cum uigilamus, apparere.

*Aliter uero quoslibet, et indignissimos ipsorū compotes fieri, ut futura præsentiant, non dissentaneum est. Istiusmodi enim hominum non curis neq; serijs studijs occupata mens est, sed quasi omnino uacua, atque deserta cōmotaque ad nutum et impetum mouentis agitur.*

Nouam causam adfert, quam propter uile genus hominum futura prælagiat, non autē sapientes. Itaq; dicit, cum illorū uacuus sit animus pulcherrimis philosophiæ speculatiōibus, & ab aliis curis deserta, facilis est à quouis ingruēte agi. Prudentium uero mens multis in rebus uersans, à quibus mouetur, non uidet si quid ingruerit. Sicuti enim uigilantes, si qd intensa fixaque cogitatione æstimemus, prætereuntē aliquem nō animaduertimus: nā maior motus minorē elidit: ita in somnis etiā uernaculis motibus insitisque formis agitata mens, forinsecus accedentia non uidet.

Macte uir industria scelix, qui nobis autor es ut multa pulcherrimaque discamus, & ueritate semper initiemur.

Laus Arif o. .  
exclamatiōe 3

*Cæterum aliquos mente captos futura prospicere, in causa est, quoniā uernaculi motus non obturbant, sed procul ab ipsis abiguntur. Quare extraneos maxime apprehendunt.*

Vernaculi motus non obturbant, hoc est intestinas motiones nullas habent. Ecstaticos (mente captos transtulimus) eos uocat, non qui penitus insaniūt, sed qui inter hos & prudētes medijs sunt, ut ita dicamus. Isti igitur cum nihil oīno curent, aut animo reputent, & si quæ subierit cogitatio, eam obiiciant nullam prorsus admittentes, quo pacto ullos intestinos haberent motus? Prudentes quidē non præuident, ideo quod turbet & ueluti pulsetur ipsorū animus imaginibus atq; formis intrinsecis. At mente captis animus cum sit inanis, eoq; nomine nihil infestetur, extrinsecus aduentia par est ut sentiant. Quæ autē sint ingruentia illa, & quo mō, Aphrodisieus in libro de demōibus explicuit. Hęc. n. Aristo. appellat extraneos motus. Quid si autē p extraneos motus ea q nō à nobis, sed ab alijs agēda sunt, intelligat?

*Quod autē nonnulli euidētia somnia, idq; maxime familiares de familiaribus præuideant, inde fit, quod necessarij et amici imprimis alter alterius curam habeant. Ut enim etiā eminus se mutuo inter noscunt familiares, ita quoq; motus à notis profecti notiores sunt.*

Fieri solet ut præcipue familiaritate nobis iunctos in somnis uideamus, etiam super iis rebus quæ eo tempore nulla nobis cura est. Ita mihi cōtingit somniare de socio meo (non egregio illo, qui mecum adhuc uiuus cōmunem in literarū studijs operam nauat: sed quodam alio qui breui tempore Philosophiæ incubuerat ob præcōcem mortis aduetum) is dudum defunctus mecum uisus est in somnis colloqui de rebus quæ mihi toto illo tempore, & proxime antea in mentē non uenerāt: aliquando tamen, sed multo ante ipsis deditus fueram. Visus enim est mihi de anima quæstiones obiicienti respōdere. Quādoquidem igitur nobis notos in primis colloquētes in somnis uidemus, tum de rebus iis quæ nobis curæ sunt, tum de alijs: raro autem ignotos & quibus nō assueuimus, huius rei causam subiicit ita scribens: Hoc autem fit, eo quod necessarij & amici in primis alter alterius curam habeāt. porro hæc uerba: Quod autē nonnulli euidētia somnia habeant, & quod familiares maxime de familiaribus præuideant: clarius hoc modo proferrentur: Quod autem nonnulli de familiaribus suis in primis euidētia somnia uideāt, etc.

Nam & de aliis, nēpe ignotis, & non assuetis nobiscum uersari, idem aliquādo contingit, p̄cipue tamen de familiaribus. Cæterum quod amicos etiam eminus illico agnoscamus præ cæteris, experientia manifestum est.

Porro melancholici, hoc est ij quibus atra bilis exuberat, ob uehementiam, ut qui iaculantur eminus, ita collimandi ex scopum assequendi dexterritate ualent. Et propter ingenij mobilitatē, confestim quod ad principiū sequitur, imaginant. Insani enim quæ aliqua similitudine inter se cōnexa sunt, ceu Philægidæ poemata, dicunt ex meditantur, ut Venerem: ita cum principio, quæ cōsequuntur, annectentes. In eisdem præterea non eliditur unus motus ab altero, propter naturæ uehementiā.

Hæc uerba, Vt qui iaculantur eminus: idē innuunt, quod: Vt qui prospiciūt eminus. Sicut. naues, quibus acies oculorum est acuta, à lōgiquo uident: & qui iaculantur eminus, quodāmodo iā manibus tenent id quod iaculando petunt: eodē modo atribiliarii, tanquā multo ante rapiētes, collineandi solertia præcellunt. præripiūt enim motu suo futura. Nam cum mobilis ipsorū sit imaginatio, confestim quod ad principium cōsequēs est, imaginatur. Sūt enim nōnulla, ut dictum est, quæ principia nobis insita sequuntur, principia uero celeriter commota faciunt, ut statim etiam præuideamus, quod ipsis annexum consequensq; fuerit: Cæterum ait hæc ita se habere, ut Philægidæ poemata, in quibus quoq; sequētia similia sunt præcedētibus. Non enim ut apud Euripidem, nunc ab Hecuba trāssert ad Græcos oratio, nunc ab his ad seruū, ita fit etiam in Philægidæ carminibus. Sed si, uerbi gratia, de Venere fuerit sermo, omnia deinceps à principio ad finem usq; de eadem erunt. Quemadmodum igitur in illis poematis cōtingit, sic & insani ea uident, quæ affinitate aliqua copulantur. De quibus autem insanis loquatur, antea diximus: nempe de illis, qui inter prudētes, & omnino insanos medii quodāmodo sunt, quorum motus elidi ipsorum uehementia non finit. Quoniam instar fluctus, qui cum uehementi impetu feratur, ab alio non pōt elidi aut dimoueri loco: quin ipse potius ob-

uios repellit: ita quoq; motus insanorū suæ uehementiæ gratia ab aliquo alio excuti nō potest.

Peritissimus ille fuerit somniorū iterpres, qui similitudines rerum exacte p̄spexerit. Nam recta claraque somnia iudicare, cuiusuis est. Similitudines dico, quoniā uisa similiter cōtingunt, ut rerum imagines in aqua, sicuti prius etiā memorauimus. Motus enim si nimius sit, nullo pacto representatio, ex imagines rebus ueris similes reddūtur. Itaq; ille plurimum iudicādo excelluerit, qui statim persenserit atq; cōspexerit disiectas ex tortuosas imagines, quod hominis aut equi sint, alteriusue cuiusuis. Idem insomnijs accidit. ex æquo enī utrobique agitatio simulachri peruertit euidentiā. Quid igitur somnus sit, quid insomniū, ex quā ob causam utrūq; ipsorum fiat, item de diuinatione secundū quietē ex insomnijs, dictum est: post hac de cōmuni animantium motione differendum.

Quemadmodū cuiuslibet est discernere imagines in aqua quieta: cōmota uero aqua non quiuis imagines iudicauerit, sed is tantū, qui recte & perq̄ diligenter contēplatur: Ita somniorū euidentiā (Græci εὐδουραγία uocant) quilibet interpretabitur. Artificiosissimus autē cōiector fuerit, qui similitudinē illam animaduertit: Sicut enī sæpius in aqua cōmota, quæ tanq̄ hominis uidef imago, non hominis est, sed equi: propter motū autem humanā quandā speciē repræsentat: \* Itidem in somnis ex alia in aliā uariat imago. Qui igitur similitudines conspiciere callet (hoc est, qui iudicare nouit, quod uisa secundū quietē ex una in alterā speciē transformata, similiter se habēt ut simulachra quæ apparēt in aq̄ cōmota) ille nō decipiet, sed diiudicabit, qd̄ hæc hominis imago uisa, non fuerit hominis, sed equi humana speciē mutati. Atqui alias uiso equo tale quippiā mihi contigit, ergo in p̄sentia quoq; idē cōtinget: nō id quod ex hominis uisione accidere mihi solet. Hæc quidem totius orationis mens est. In istis autem uerbis, Disiectas atq; distortas, primū per posterius exponitur.

¶ Finis Libri de diuinatione s̄m quietem & Scholiorum in eundem.

S E R I E S C H A R T A R V M.

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt ueni.

*[The text on this page is extremely faint and illegible due to fading and bleed-through from the reverse side. It appears to be a list or a series of entries.]*

Faint, illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.